III D 15

45

ARCHIVIO
ARMANNI
III
D - I5

Lex noua de cogendis debitoribus.

Ut creditores sibi debitum facilius consequantur pnti statuto,
quod appellari uolumus legem Nonam, in perpetuū ualitu-
ro firmamus, Quod si debitor in iudicio confessus fuerit
debitum, tunc Iudex, coram quo facta fuerit confessio,
praecipiat debitori confitenti, quod soluat debitum infra
2 terminum ipsius Iudicis arbitrio statuend. Qui terminus
non possit, creditore inuito, excedere decem dies: quo ela-
pso cogatur d. debitor ad soluendum realiter, et personali-
ter, sicut inferius continetur.
3 Si vero de debito apparu-
erit publicum instrum, uel publica scriptura tunc Iudex
praecipiat, praecipimus faciat per baiulum debitori perso-
naliter, uel ad domum suae habitationis, quod d.m debitum
soluat infra tertiam diem sub poena, et banno, quod Iudex
4 in praecepto apponi faciet, uel apponere. Quod si non
soluerit ex tunc ipse debitor cogatur realiter, et personali-
ter ad uoluntatem creditoris ad debitum persoluendum.
5 Et ad nullam exceptionem admittatur, quominus soluat,
nisi solutionis, uel quietationis, uel termini prorogationis,
quae probentur tantū per pub.cū instrum debiti cancellatum
de uoluntate creditoris, uel per confessionem aduersae partis,
uel falsitatis, quae contra scripturā, uel instrum debiti oppo-
6 natur. Quas exceptiones, uel eam, quam proposuerit
probare teneatur opponens infra quintū diem a die quo
ipsas, uel ipsam, alteram proposuerit et ulterius nō audiatur.

Interim

1v

7 Interim tamen detineatur debitor ad voluntatem
8 creditoris. Et praedicta locum habeant in instrumentis, et scri-
pturis, et debitis liquidis, et puris, et quorum executio
petatur infra decem annos computandos a die scriptu-
rarum, et instrumentorum confectorum, sive contractorum debi-
9 torum, et non in aliis. Possit etiam creditor accusare, et de-
nunciare de banno pro debitorem non solventem, et Po-
testas in banno in praecepto apposito Communi Eugubij
et in debito petito creditori ipsum debitorem condemnet.
Dictum tamen bannum, vel poena in praecepto Iudicis apponenda
quantitatem 25 librarum non possit excedere, nec etiam
petiti debiti summam, et id, quod excreverit pro non appo-
10 sito habeatur. Tutores autem, et curatores cogantur
solvere debita illorum, quorum sunt tutores, et curatores, ita
tamen quod si in bonis illorum non sit pecunia, vel res mobilis,
vel nomina debitorum, nec aliud, unde creditori, vel credi-
toribus satisfieri possit, Iudex assignet competentem ter-
minum dictis tutoribus, vel curatoribus ad vendendum, et
alienandum de bonis immobilibus, quorum tutores, vel cu-
11 ratores extiterunt, usque ad debiti quantitatem. Ipsi
vero tutores, vel curatores aliquid de suo proprio solve-
12 re non cogantur. Praedictus autem procedendi modus non
habeat locum in poena, nisi ipsa poena veniat ad vindica-
tionem per diffinitivam sententiam, sed procedatur in
ea prout a statutis alias ~~a statutis~~, vel a iure communi permittitur.
13 Si vero aliquis ex vigore presentis statuti solverit ali-
quam pecuniam quantitatem vel rem, quam se dicat solvisse inde-
bite, liceat sibi repetere a creditore, cui solverit, vel eius
haeredibus, prout alias a iure permittitur non obstante solu-
tione

14 tion. praedicta. Possit etiam Iudex ex forma Cuius statuti
debitorem cogere detineri in Palatio custodiendum ipsius de-
15 bitoris expensis, si creditor voluerit. Si quis autem petie-
rit scienter coram Iudice debitum solutum, vel de quo
satisfactio appareat, condemnetur Communi Eug. in lib.
xxv. cuius condemnationis dimidia sit Coïs pti, et reli-
qua dimidia accusantis.

16 Statuimus insuper, quod nullus possit capi pro aliquo debi-
to in domo suae habitationis, vel in aliqua alia, nec per
condemnationem factam occasione debiti, nisi pro malefi-
17 cio. Et si quis baiulus, vel birroarius, vel officialis ali-
quis Coïs Eug. aliquem in domo suae habitationis, vel ali-
qua alia ceperit contra ptam formam condemnetur in
18 lib. x R. et nihilominus talis captus debeat relaxa-
19 ri, et pristinae libertati restitui. Adijcimus etiam
supradictis quod non possit contra aliquem fieri exequutio
in persona, vel rebus ex forma pntis statuti, nisi primo
sibi fiat praeceptum per Iudicem, vel eius mandato de
solvendo debitum personaliter, vel ad domum, ut dictum
est, et praecepti terminus sit elapsus, aliter vero exe-
20 quutio non valeat. Salvo quod si creditor iuraverit coram
Iudice, se habere debitorem suspectum, vel quod suspicatur
de eius absentatione, seu latitatione; tunc possit debitor
capi, et detineri sine aliquo praecepto sibi fiendo de sol-
21 vendo debitum, et etiam termino non elapso. Et praedicta omnia,
et singula procedant, et exequutioni mandentur per D.
Potestatem, et per suos Iudices, et etiam per Iudices mi-
nores Coïs Eug. non obstante aliquo statuto reformatio-
num

num, vel ordinamentorum in contrarium loquentium, et nō
22 obstante aliqua appellatione, quae posset fieret. Et
Potestas, et alij officiales d. cōis teneantur omnem app.ōnem
interponendam ab executione, vel processu, qui fie-
ret ex forma p̄ntis capituli reiicere, et non recipere,
nec admittere ad poenam 200 lib. fl. pro qualibet
23 eorum contrafacientium, et qualibet vice. Nec etiam sit astri-
ctus, vel teneatur aliquis Iudex, vel officialis d. cōis
de p̄tis, et super p̄tis, vel ubi lex Nona locum ha-
beat, dare alicui consilium sapientis, non obstante
statuto, quod loquitur, de dando consilium sapientis
24 cuilibet petenti. Volumus tamen, quod praed. procedendi,
vel exequendi modus non habeat locum ex p̄nti capi-
tulo pro non subiectis cōi p̄do contra subiectos eiusdem
cōis; sed eisdem non subiectis observentur statuta, et or-
25 dinamenta, quae de ipsis loquuntur. Addentes, quod
executio secundum formam Nonae legis p̄dae locum
habeat ad petitionem creditorum, et eorum haeredum contra
debitores, et eorum haeredes; et probatio, quod sint haeredes,
possit fieri summarie nulla petitione porrecta.
26 Si quis vero petierit, aliquod instrumentum executioni mandari
in Curia seculari cōis Eug.ⁿ vel aliquam quantitatem
pecuniae, vel quamcumque rem aliam mobilem, vel immobi-
lem, vel aliquid sibi dari, vel fieri ex contractu aliquo,
contra aliquam personam; quod conventus possit con-
tra huiusmodi petitionem exceptionem usurariam proponere
quandocumque, non obstante quod debitor iuraverit, et
sacramentum praestiterit in initio debiti, et eam Iudex
27 causa admittere teneatur. Qua proposita, si dixerit
in

4v

in eadem excipiens veram sortem non esse solutam, co-
gatur incontinenti ad eam solvendam creditori suo; et
pro ipsa solutione facienda verae sortis cogatur debi-
tor ad solvendum realiter, et personaliter ad petitionem
28 creditoris. Si vero diceret, ipsam esse solutam,
cogatur ex die porrecta exceptionis, vel sequenti da-
re sufficientes, et idoneos fideiussores, de solvendo
29 quantitatem dictae sortis: Et dictis fideiussoribus datis,
vel soluta dicta vera sorte, incontinenti Iudex causae sta-
tuat terminum proponenti exceptionem praedictam ad eam
probandam 12 dierum iuridicorum ad minus pro prima 2a. et
3a. dilatione, et testes examinare, et publicare infra
mensem, a die porrecta exceptionis praedictae. et huiusmodi
probationes d. Iudex recipere possit, et valeat, et ple-
num sortiantur effectum ad probationem exceptionis praedictae.
30 Item quod ad probandum aliquem esse, vel fuisse usurarium,
et instrum., sive contractum, et cautionem, de quibus agitur,
factum fuisse in fraudem usurarum, vel a contractu foene-
rationis descendisse, sufficiat probatio trium testium,
singularium, vel publica fama; vel rumor viciniae per
quatuor testes probata, qui sint bonae conditionis, et fa-
31 mae. Et intelligantur testes singulares, qui dixerunt, se
solvisse pro foenore aliquid, vel solvere debere usurario
32 antedicto. Et semper excipiens usurarum debeat veram
esse exceptionem, et tantam fuisse veram sortem, quan-
33 tam asseruit in exceptione antedicta. Si vero ex-
cipiens solvere non poterit veram sortem supradictam vel fi-
deiussores non poterit dare, non audiatur super excep-
tione praedicta, nisi voluerit detineri personaliter pro quan-
titate

34 ritatis prad.a uera sorti in carceribus Cōis Berg.e Et eo
existentes in carceribus Cōis pti, non possit pro aliquo alio
debito sibi, uel sequestrari, aut detineri in burellis
35 prad.tis et si fieret non ualeat ullo modo. Si autem
Iudex causa perpenderit, et cognouerit dictam exceptio-
nem fore probatam, soluta uera sorte prad.a uel proba-
ta solutione ipsius, cogat incontinenti, et cogere tenea-
tur dictum creditorem ad finiendum, et quietandum
debitorem ptum de quantitate, et debito, et obligatio-
nis petitis: et nihilominus refici faciat expensas le-
gitimas debitori pto per ipsum Iudicem taxandas.
36 Itidem d. Iudex cognouerit, exceptionem nō fore proba-
tam, tunc in causa procedatur contra debitorem sic
conuentum prad.m prout iuris fuerit, et condemnet exci-
37 pientem in expensis legitimis actori prad. Et supradicta
omnia, et singula teneatur Iudex expedire infra 40
dies ad poenam 100 lib. in quibus debeat condemnari
suo tempore sindicatus.
38 Si quis autem contra aliquem petendo, agendo, uel exci-
piendo aliquem fore usurarium, uel aliquam cautionem,
uel instrumentum usurarium proposuerit coram Iudice spiri-
tuali, debeat suam petitionem coram ipso Iudice, et cau-
sam facere expedire infra 40 dies computandos a
die porrectae petitionis coram eo: et intelligatur causa
expedita, si infra d. tempus fuerit pronunciatum absol-
uendo, uel condemnando super petitione pta, uel etiam
remittendo proponentem ad Curiam secularem, uel
si renunciatum fuerit ipsi petitioni per actorem coram
Iudice suprad. uel si destiterit ab eadem, uel eius
instantia

instantia infra 20 dies a die porrectæ petitionis p.tæ. Quod si non fecerit, actor prad. puniatur per Potesta=tum Civitatis Eugubij in 50 lib. R. Et quilibet in=

29 telligatur ad prædicta legitimus accusator. Et termi=ni prædicti non currant excipienti, vel actori, si per adversarium steterit, quominus probationes, et causæ expediantur infra terminos supradictos, vel etiam si per absentiam, vel impedimentum Iudicis steterit, coram quo causæ prædictæ ventillentur, et fiant.

De Iure reddendo per Potestatem, et de declinantibus iurisdictionem Cois Eug.ii
LIBRO II
Rub. 2.

Ad observandum universis Iustitiam, et infructuosas cavillationes litigantium succidendum, Statuimus, et ordinamus, Quod rationem, et bonum usum Potas fieri facere teneatur omnibus hominibus de Civit, comitatu, et districtu Eug.ii conquerentibus per libellum, vel alio modo a iure permisso, et observantibus mandata Potestatis Cois sed bonam consuetu-
2 dinem Civitatis eiusdem. Et si quis de Civitate, Comitatu, et districtu, vel iurisdictione, vel alio quocumque loco sive laicus, sive clericus, vel quicumque sit requisitus coram Potestate, vel suis Iudicibus per libellum, vel alio modo de iure permisso conveniri noluerit, et consequenter responderit opponendo exceptionem fori; Potas non cogat aliquem de d.a Civitate, vel comitatu, vel iurisdictione, vel districtu Cois illi respondere de aliquo toto tempo-
3 re sui regiminis in aliqua quaestione. Et nemo debeat alicui opponenti dictam exceptionem fori patrocinium praestare. Et hoc locum habeat in civilibus, et
4 criminalibus quaestionibus. Et Potestas auferat
5 pro banno contrafacienti libras 50 d. Et notarius, qui hanc exceptionem scripserit, vel opposuerit in lib. 25 d. condemnetur. Addelito huic capitu-
6 lo, Quod si in favorem alicuius personae fuerint ex parte alicuius Iudicis transmissae l.ae, vel praecepta ad D. Potestatem, vel Capitaneum, vel aliquem eorum Iudicum vel officialium, quae l.ae vel praecepta aliquod continerent propter quod videatur directe,

vel

uel indirecte declinare iurisdictionem ~~Communis Eugubij~~ Potestatis, uel Capitanei, uel alicuius offi-
cialis Communis Eugubij, quod eo ipso, quod dicta
l(itte)ra, uel praeceptum fuerint transmissa, uideatur de-
clinata iurisdictio Communis Eugubij et dd. Prior(um),
Potestatis, et Capitanei, uel officialium ipsorum, non ob-
stante, quod talis, in cuius fauorem praedicta sunt
facta, dicat, se nolle declinare iurisdictionem dicti
7 Communis. Et praed(ic)ta locum non habeant in causis ci-
uilibus, et praeceptis factis pro debito usurario.

Quod exceptiones peremptoriæ non impediant litis contest. et qualiter procedatur in hypothecaria. LIBRO II Rub.a 3.a

Statuimus, et ordinamus, quod legitimatis personis litigantium in causis ciuilibus aliqua exceptio peremptoria opposita contra libellum, uel petitionem non impediat litis contestationem; sed Iudex, coram quo fiet litis contestatio d.am exceptionem reseruet in processu eod.

2 Addimus insuper, quod creditores, quibus res, uel bona aliqua sunt, uel erunt in posterum pro suis creditis obligata, possint ipsa bona, et res prosequi, et uindicare a quolibet possessore, uel detentore, non obstante quod prius personalem, uel personales non intentauerit actiones, uel quod contra suos debitores uel eorum heredes bonorum executio non sit facta.

3 Hoc addito, quod sufficiat creditori agenti hypothecaria, si probet in processu, quod debitor ipsius rem, quam creditor per hypothecariam petit a possessore, quam dicit sibi obligatam, possedisse tempore obligationis, et ante per decem annos. quæ probatio habeatur pro plena

4 probatione: Nisi possessor probet se dominum rei possessæ, quam d. creditor petit, uel probet se potiorem in iure, quam actor.

5 Item ad hoc ut lites, quantum est possibile, fiant breues, Additum est ad declarationem, et correctionem d. capituli, quod d. actio in omnibus, et singulis causis, seu quæstionibus ciuilibus procedi debeat simpliciter, et de plano, sine strepitu, et figura iudicij, eo saluo, quod

6 quod non intelligantur, niſi ſit remota ſeria, vel ſubla-
7 ta. Hoc eſt vitiatur proceſſus, ſi contigerit, in eo in totum, vel in partem ſolemnitates, vel iuris ordinem non ſervari.

8 Addentes inſuper huic capitulo. Quod omnis cauſa civilis debeat infra ſex menſium ſpatium terminari. Et ſi per actorem ſteterit, quo minus dicta cauſa expediatur infra dictum tempus, condemnetur ipſe actor in expenſis factis in cauſa; et nihilominus ipſe actor ipſam cauſam proſequi poſſit infra alios duos menſes tunc pro-
9 ximo ſequentes. Et ſi dicta cauſa non fuerit infra dicta tempora expedita reus intelligatur ipſo iure abſolutus.
10 Et ſi per Iudicem ſteterit, quo minus dicta cauſa expediatur infra tempora ſupradicta, parti teneatur ad intereſſe, et Communi condemnetur in 50 lib.

11 Declarantes providimus, et ordinamus, quod in quacumque cauſa civili, et cuiuſcumque quantitatis procedi poſſit per Iudicem cauſæ ſummarie, et de plano, et ſine ſtre-
12 pitu, et figura iudicij, et ipſas cauſas Iudex teneat, et debeat expedire, et terminare per diffinitivam ſententiam abſolvendo, vel condemnando infra quinque menſes computandos a die citationis factæ de reo,
13 vel convento. Pendentes vero cauſas coram eius prædeceſſore inchoatas teneatur expedire, et terminare
14 infra quatuor menſes computandos ut ſupra. Et ſi Iudex dictas cauſas non terminaverit, ut ſupra dictum eſt, actore inſtante, et temporibus congruis condemnetur tempore ſui ſindicatus in 25 lib. Raven. Communi Eugubii
15 Et quilibet de populo ſit legitimus accuſator. Caſſantes

ſtatutum

statutum, sive additionem statuti, quod, et quae loquitur de causis civilibus terminandis infra sex menses, prout et omnia, quae in eo continentur, modificantur ipsum, et ipsam modo, et forma, quibus est superius expressum.

LIBRO II

De petitione rei immobilis. Rub. 4.a

Ordinamus statuentes, quod si quis petierit rem immobilem, et reus non comparuerit infra decem dies a die citationis factae, actor, postquam elapsi fuerint decem dies, mittatur in possessionem dictae rei sine aliqua alia citatione facienda de reo, summatim discusso negotio
2 per sacramentum actoris. Quam citationem facere teneatur baiulus hoc modo, si fieri poterit, requiratur reus ore ad os, alioquin ad domum, ubi solitus est habitare pro maiori parte temporis, habitis duobus testibus, quos nominet in relatione cum pronominibus ipsorum, per quos
3 fiat probatio, si negaretur a reo. Si vero citatio fuerit extra civitatem, vel districtum, possit fieri citatio
4 per litteras, si Iudici causa videbitur opportuna. Si vero citatio facta fuerit fraudolenter, nuncius seu baiulus, qui eam fecerit, puniatur in 25 lib. Rav. et removeatur ab officio, et iniuriam passo emendare, et da-
5 mnum restituere teneatur. Et teneatur baiulus, qui citaverit, nominare nomen Iudicis, coram quo citationem fecerit, et terminum, et causam; et si aliter facta fuerit, et ex ea tenuta fuerit accepta, non teneat, nec

valeat

6 valeat ullo modo. Et in citationibus nullus baiulus possit haberi in testem tam in civilibus, quam in cri-
7 minalibus causis. Et fideiussor detur a baiulo ad satisfactionem expensarum illi, vel illis, pro quibus facta fuerit citatio, si contigerit, tenutam, vel tenutas revocari propter defectum citationis, si negatum fuerit, prout superius est expressum.

LIBRO II

De petitione rei mobilis, vel pecuniae. Rub. 2ª

Statuimus, et ordinamus, quod si quis petierit rem mobilem, vel pecuniam, citatio dicto modo fiat. Et si reus non venerit infra decem dies, Iudex faciat ipsum actorem mitti in possessionem rerum mobilium valentium tertium
2 plus, et pro expensis rerum petitarum. Et si res mobiles non inveniantur, mittatur in possessionem rerum immobi-
3 lium tertium plus valentium. Et postquam fuerit iniunctum, seu mandatum baiulo de dando tenutam, teneatur baiulus infra quintam diem actorem mittere in possessionem, et tenutam, seu eidem assignare rem, quae eidem datur in tenutam: et baiulus teneatur, et debeat Iudici, vel notario denunciare, quam tenutam dederit.
4 Et si reus, contra quem data fuerit tenuta, infra quatuor menses non venerit, tamen venerit infra annum, actor lucretur fructus totius anni de ipsa tenuta; et nihilominus satisdet de iudicio sisti, et restituat ex-
5 pensas: Et si actor noluerit, teneatur reus litem con-
6 testari. Et si reus noluerit in dicto termino respondere, Iudex teneatur eumdem actorem in eam tenutam remitti facere

7 facere. Et si tenuta fuerit accepta per fraudem, possit probata fraude omni tempore audiri ille, contra quem tenuta data, vel accepta fuerit fraudolenter.

8 Si vero tempore tenute pronunciande invaluerit actor, vel baiulus timere propter potentiam adversarij, vel ex causa verisimili, tenutam dare actori, et actorem timere accedendum ad eam corporaliter accipiendam. Potestas, et Cap. dictae Civitatis, et alij officiales eorum, qui de hoc requisiti fuerint, dare teneantur, et debeant ad petitionem eius, ad cuius instantiam pronunciata fuerit tenuta, birruarios, et familiam, qui una cum baiulis, et actore accedant ad rem sive res, in quas actor

9 in tenutam mitti debeat. Et dictus actor immittatur in corporalem tenutam, et possessionem rerum praedictarum secundum pronunciam Iudicis, qui fecit eamdem, poena 100 lib. Raul. in quibus, si contrafecerit, dicto Communi debeat condemnari.

15c

Lex Vbaldina de modo, et forma procedendi in ciuilib. causis, in quibus lex Noua non uendicat sibi locum. LIBRO V Rub. vi.ª

Prouidentes statuimus, et ordinamus, Quod in omnibus quaestionibus ciuilib., in qbus lex Noua non uendicat sibi locum, et in quib. non uertitur quaestio status, uel partus suppositi, uel de patria potestate, uertentibus, et quae in futurum uerterentur in Curia Cois. Eugubij, teneantur Potestas, et eius Curia, ac etiã alij officiales Cois. Eug.ⁿ procedere, et eas, et ear. quamlibet terminare ordine infrascripto vz. Quod porrecta petitione, uel exposita facti narratione in scriptis coram Potestate, uel Iudice, teneatur pars conuenta citata per cedulam per se, uel eius procurem infra tertiam diem respondere petitioni, non obstantib. qbuscumq. exceptionibus dilatorijs, declinatorijs, peremptorijs, et anomalis, uel litis pendentis, ac etiam petitione consilij sapientis, quae reseruatae ueniunt discutiendae tempore diffinitiuae sententiae.
2 Et facta responsione, si tota petitio, uel pars negata fuerit, teneatur Iudex statuere partibus terminum ad probandum de iure ear. octo, uel decem
3 dierum, prout Iudici uidebitur: Et eo decurso, det secundum terminum quinq. dier., uel plurium, prout Iudici uidebitur, si testes recipiendi essent absentes a Ciuitate, comitatu, et districtu Eug.ⁿ uel probationes fiendas oporteret extra dictam Ciuitatem,
4 comitat., et district. Eug.ⁿ Quibus terminis decursis, Iudex publicet processum, et statuat partib. terminum quinque dier. ad opponendum, et probandum contra testes,

et

5 et dicta, et instrumenta producta. Et eo termino proxi-
mo elapso, teneatur infra quintam diem dare sententiam
absolutoriam, vel condemnatoriam, prout acta requi-
6 runt. Possint tamen Iudices, et officiales statuere, si,
et quando feriae occurrunt, propter quas probationes fieri
non possunt, et si eisdem Iudici, et officiali videre-
7 tur convenire. Et praed.a locum habeant, ubi pars
conventa fuerit praesens vel in Civitate, comitatu, et
districtu Lug.ni et maior 25 annis. Ubi vero pars con-
venta sit minor, et habeat ~~tutorem~~, vel curatorem, pro-
8 cedatur ut s.a Si vero pars conventa erit absens a
Civitate et comitatu Lug. expectetur decem diebus,
quibus decursis, si non venerit ad respondendum per se,
vel per procuratorem, detur tenuta de bonis conventi pro
9 quantitate in petitione contenta. Et idem servetur si
pars conventa fuerit praesens, et infra terminum trium di-
erum non responderit petitioni, ut superius contine-
10 tur. Quas tenutas non possit pars conventa recuperare,
11 nisi solverit expensas per iudicem declarandas. Et
nihilominus in quolibet casu praed.os per Iudicem proce-
datur in causa ad probandum, et sententiam ordine
suprascripto, non obstante quod non fuerit petitioni re-
sponsum, vel quod pars fuerit absens a Civitate, comit.
12 et districtu Lug.ni Ubi vero pars aliqua in causa
faciat positiones teneatur pars, contra quam factae fue-
rint positiones, per se, vel per procuratorem respondere po-
sitionibus, prout Iudici videbitur, non obstante petitio-
13 ne consilij sapientis, vel aliqua quacumque causa: Et si
responsum non fuerit positionibus, postquam Iudex manda-
verit, infra tertiam diem, auctoritate praesentis legis ha-
beantur

beantur pro confirmatis.

14 lata diffinitiua sententia liceat partibus appellare infra quintam diem. quam appellationem Iudex appellationis quibuscumque exceptionibus, et petitione consilij non obstantibus, audiat, decidat, et terminet infra mensem a die appellationis interposite cum consilio unius Iudicis de collegio Iudicum Ciuitatis Eugubij neutri parti suspecti.

15 Et quicumque habuerit duas sententias diffinitiuas contra

16 se, uolens secundo appellare non audiatur. Et si Iudices causas supradictas non expedierint infra tempora supradicta, puniantur per sindicum Comunis Eugubij temporis eorum sindicatus pro quolibet eorum, et qualibet uice, qua fuerit contrafactum in 100 lib. Raul. quas condemnationes Potestas, qui pro tempore erit, teneatur soluere de suo salario. Et quilibet possit dictos Iudices, et officiales contrafacientes accusare, et denunciare.

17 Postquam uero confirmata fuerit prima sententia per Iudicem appellationis, mandetur executioni dicta sententia per dictum Iudicem, uel alios officiales Potestatis, uel Comunis Eugubij realiter, et personaliter infra XX^am diem ad uoluntatem obtinentis sententiam.

18 Et predicta non preiudicare intelligantur in causis 40 solidorum, et infra, et causis mercedum, et laboratorum, in quibus seruentur statuta loquentia de predictis.

19 Nec intelligatur per presentia in aliquo esse derogatum statuto, quod loquitur de compromissis fiendis inter consanguineos, uel coniunctos, uel

20 affines: quod statutum obseruetur, sicut iacet. Et predicta non intelligantur, neque locum habeant in non subiectis iurisdictioni Comunis Eugubij qui conueniri non possunt in seculari Curia dicti Communis, sed seruentur

21 nentur statuta, quæ d.ᵒ ipsi loquuntur, pro eis. Hoc
semper intellecto, q.d uictus uictori condemnetur in ex-
22 pensis si, et in quantum iudici uidebitur. Et prædᵃ.
omnia, et singula habeant locum in causis, et molestijs
p.ntibus, pendentib., et futuris: in q.bus hoc præsens sta-
tutum, et ordinamentum uendicet sibi locum, aliquo sta-
tuto, reformation.e, et ordinamento in contrarium loque-
23 te non obstante. Teneatur et Potestas ad pœnas quinq.
lib. mandare exequutioni iniuria, in quibus lex Noua
uendicat sibi locum, secundum formam statutor.
Declarantes insuper d.ᵗᵉ legis haberi per statutum Po-
puli sub Rub.ᵃ quæ intitulatur, lex Sacratissima.
24 Addentes, et declarantes, q.d præd.ᵃ nullo modo intelli-
gantur pro non subiectis iurisdictioni Co.is Eug.ⁱ sed
~~pro~~ pro subiectis iurisd.ⁿⁱ Co.is p.ti. Et q.d Potestas te-
neatur mandare exequution.ⁱ iniuria, in quibus habeat
locu lex Noua secundum formam d.ᵉ legis Nouæ.
25 Et quod Potas teneatur facere iurare priores d.ᵗᵉ Ciuita-
tis, et obseruare p.ns statutu, uel ordinamentum ad pœ-
nam 25 lib. si ipse Potas negligens fuerit in præd.ⁱˢ.

26 Additio

Insuper cum dicatur, q.d per d.ᵐ statutum, uel ordinamen-
tum quælibet causa, et quæstio ciuilis debeat termina-
ri infra 40 dies, infra quos probationes necessaria in
causis, et quæstionibus ciuilibus multoties fieri non pos-
sunt propter malitiam, et subterfugia litigantium, pro-
pter quæ d. statutu, siue lex resultare uidetur in da-
mnum, et præiudicium actor. debentium aliq.d reci-
pere a debitorib. suis, et in fauorem reor. debentiu eis
aliquid dare; q.d est contrariu rationi, et æquitati.
Ideo

Ideo declaramus statuimus, d.a lege in suo statu du-
rante, praeterq. ad infrascripta. Quod legitimatis man-
datis, et demum personis litigantium, ad hoc ut partes
seu litigatores propter defectum terminor., et dilatio-
num ex malitia adversarij, vel alia causa nõ possint per-
dere iura sua; quod quilibet Iudex, qui de aliqua civili
causa, vel quaestione cognosceret, possit terminos, et dilatio-
nes, quas in quaestione vel causa per eum dari contigerit,
dare, et statuere longas, et breves, unum vel plures,
et ipsos terminos, et dilationes prorogare, et abbreviare,
sicut, et quotiens, et quo ei videbitur, et negotij qualitas
suadebit, non obstante, quod certae dilationes dandae per
Iudicem sint limitatae, et taxatae in statutis, seu lege prae-
27 dicta. Et provideat quilibet Iudex in civilibus causis,
et quaestionibus, quae coram eo vertuntur, in posterum ad
expeditionem, et terminationem dictar. causar. et quae-
stionum secundum formam legis praed.a non obstantibus
aliquibus exceptionibus dilatorijs, vel peremptorijs, seu
quibuscumq. alijs in dictis ordinamentis, vel lege contenti-
tis, illis videlicet, quae maliciose, vel calumniose Iudici
viderentur. hoc ut d. termini, et dilationes exce-
28 dere non possint tres menses. Cum hac additione, quod
quilibet Iudex, qui de aliqua ca. vel quaestione civili
cognosceret, possit, et debeat testes producendos in causa,
seu causis civilibus secundum numerum, qui sibi videbi-
tur conveniens, compellere realiter et personaliter, et
mulctare suo arbitrio ad iurandum, et ferendum testimonium
veritatis in causis, vel quaestionibus, super quibus produ-
cerentur. Et possit, teneatur, et debeat cogere examina-
tores

tores, quibus committitur examinatio testium producendorum in dictis causis, vel quaestionibus, taliter et personaliter ad examinandum d.os testes, vel ipse Iudex teneatur ipsos testes examinare infra terminum, et dilationem, qui sibi uidebuntur ad poenam 100 lib. Raul. pro quolibet Iudice, qui negligens, vel remissus fuerit in praedictis, in quibus condemnentur tempore sindicatus: Ita quod per defectum, vel negligentiam testium, vel examinatorum nemo in probationibus faciendis possit damnum substinere.

29 Additio, seu declaratio ad praed.a

Item prouidemus ordinantes ad hoc, ut fraus, vel falsitas deinceps commicti non possit in citationibus in ciuilibus causis faciendis, quod baiuli, qui citabunt in posterum aliquem in causis ciuilibus praed.s, quod ueniat alicui respondere alicui d.o iure super aliqua petitione, vel libello, debeant portare cedulam citationis scriptam continentem nomen Iudicis, coram quo citatur, et nomen rei citati, et actoris, ad cuius petitionem fit, et causam quare citatur, et terminum infra quem debeat coram
30 ipso Iudice comparere. Quae citatio, si citatus fuerit de Castro Montis Sicci, Collis Pergulae, Terra S. Abundii, vel Curia alicuius eorum, debeat fieri
31 pro tertia die iuridica post citationem praedictam. Si uero fuerit citatus de aliis partibus comitatus Eug. fiat ipsa citatio pro 2.a die iuridica post citationem
32 praedictam. Si uero fuerit facta in Ciuitate, vel burgis,
33 fiat pro sequenti die iuridica. Quae citationes, et cedularum praedictarum praesentationes fiant personaliter, si fieri

fieri potuerunt, p̄ntibus duobꝫ testibus maioribꝫ 14 annorꝫ, alias domi eius solitæ habitationis publicè, et alta voce p̄ntibꝫ duobus ex convicinis, sive masculi, sive foemine sint. Salvo q(uo)d si in comitatu
34 testes haberi non poterit, teneatur baiulus ipsam citationem notificare sindico villæ, vel Castri, unde fuerit citandus.
35 Et baiulus teneatur ipsas citationes factas referre cum veris nominibꝫ testium, et pronominibus ipsorꝫ infra quintam diem a die factæ commissionis, aliter facta citatio, et relatio non valeat ipso iure.
36 Aliæ vero citationes faciendæ in d(ic)tis causis tam pro parte actoris, quam rei post d(ic)tam primam citationem fieri debeant per cedulas continentes in scriptis nomen Iudicis, actoris, et rei, et causam quare fit citatio, et etiam terminum conveniendum, quo Iudicei causa videbitur convenire, quando personaliter contingat non citari. et huiusmodi citatio fieri possit sine testium requisitione, vel præsentia.
37 Item q(uo)d si citatus in causis civilibus præd(ic)tis non comparuerit infra decem dies post citationem d(ic)to eo factam, Iudex causæ summatim discusso negotio per sacramentum actoris, elapsis d(ic)tis decem diebus, et solutis decimis salarium dictæ pronunciationis per actorem sed formam statutorꝫ, pronunciare debeat ad petitionem actoris, et dare tenutam ipsi actori rerꝫ, et bonorꝫ rei absqꝫ alia citatione de novo facienda, et ipsum actorem immitti faciat in possessionem rei petitæ, si res immobilis petita fuerit; alias in possessionem bonorꝫ convenienti secundum formam
38 statutorꝫ Co(mun)is Eug(ubi)i. Addentes, q(uo)d qui citatus fuerit modo p(rædic)to, non possit infra terminum decem dierꝫ præd(ic)torum

pignorari

21v

pignorari, uel grauari occasione contumacie, uel pro
cura baiuli, et expensas. Et si aliquis Iudex eum
grauari fecerit, uel notarius licentiam scripserit infra
terminum supradictum condemnetur uice qualibet in decem
39 lib. Raub. Saluo, quod si causa fuerit 40 solidorum, uel
ab inde infra, uel mercedis, siue patrocinij, Iudex cau-
se infra terminum supradictum grauari, et pignorari facere
possit reum, prout sibi uidebitur conuenire, dummodo
dicta causa 40 solidorum non sit pars maioris quantitatis, uel
summe.

40 Item quod nulla exceptio siue dilatoria, siue peremptoria, si-
ue cuiuscumque generis, uel replicationes tales fienda,
que producerentur, et in posterum fierent tam pro parte
actoris, quam rei in aliqua causa ciuili, impediat proce-
di in ipsa causa ad litis contestationem termini datio-
nem ad probandum in ipsa causa; sed sint, et maneant sal-
ua proponenti, in quantum legitime sint, et probande ue-
niant post terminum supradictum et discutiende tempore dif-
41 finitiue sententie in dicta causa fiende. Saluo, quod
dilatorie exceptiones, que contra personas uel rei in
ipsa causa proponerentur, discuti debeant, et de eis cogno-
sci, et super eis pronunciari, eis propositis, antequam ad
42 alios actus ulterius in dicta causa procedatur. et idem di-
cimus de exceptionibus rei iudicate.

43 Item quod si in aliqua causa ciuili post litis contestationem, uel
termini dationem ad probandum in causa produci conti-
gerit tam pro parte actoris, quam rei positiones siue arti-
culos, eis porrectis, Iudex cause mandet ei, contra quem
producte fuerint, quod infra tertiam diem iuridicam, de-
beat ipsis positionibus, siue articulis respondere, uel eorum

procuratoribus

procuratoribus, quod infra dictum terminum, uel maiorem, si Iu=
dici causae uidebitur, per eos principales ipsi faciant respon=
44 dere, quibus dicto iure fuerit respondendum. Et si infra dictum
terminum pars, contra quam producuntur, uel eius procurator
petierit, faciat dictus Iudex per notarium causae parti pe=
45 tenti ipsarum copiam exhiberi. Et si contumax fuerit,
et dictis positionibus precise, et legitime non respondiderit,
dictis terminis elapsis Iudex causae teneatur, et debeat ad
petitionem eius, qui dictas positiones porrexerit, pronun=
ciare, et tenutam dari facere, si actor fuerit porrigens,
ipsi actori contra reum de rebus contentis in eius peti=
tione, si rem immobilem petierit; sed si rem mobilem, de
bonis rei conuenti pro aestimatione, siue quantitate rei
46 petitae. Si uero fuerit reus porrigens, ipsi reo contra
actorem de bonis ipsius actoris pro tanta quantitate,
~~quantitate~~ quanta fuerit aestimatio rei petitae per actorem,
47 siue quantitas, tenutam dari facere teneatur. Quae te=
nuta reuocari non possit, nisi primo refectis expensis, et
48 respondeatur positionibus antedictis. Et si dicta tenuta recu=
perata non fuerit infra 15 dies modo predicto a die acceptae te=
nutae praedictae quod ille, qui tenutam receperit, fructus lu=
49 cretur rei acceptae totius anni. Pro absente uero extra
ciuitatem, et comitatum Eugubii in casu predicto possit per pro=
curatorem ipsis positionibus respondere.

50 Item, quod si in aliqua causa ciuili petitum fuerit consilium
sapientis, quod Iudex causae ea die, uel sequenti pun=
ctum petitum, siue de quo partes in concordia fuerint,
committere teneatur eadem die, uel sequenti iuridica;
dummodo punctum ipsum, uel causam committere non possit
alicui, qui non sit de Collegio uel fuerit Iudic. Ciuit.
Eugubii

51 Lug.ᵉ tunc in Civitat.ᵉ ipsa habitanti. Et sapiens, cui
commissum fuerit, teneatur reddere consilium in scriptis,
et d.° eius sigillo signatum infra 15 dies a die sibi facta
commissionis computandos. quem terminu 15 dier. Iudex
causæ prorogare non possit etiam d.° partium consensu, neq.
partis ipsæ etiam d.° licentia Iudicis suprad.ⁱ ex ali-
qua causa, et si consultor fuerit infirmitate gravatus,
vel in servitiu Cois Lug.ᵉ Et si fieret contra no va-
leat d.ᵃ prorogatio ullo modo, et si fuerit iuramento
vallata: sed elapso dicto termino Iudex causæ in ipsa
causa procedat, prout sibi d.° iure videbitur procede-
52 dum. Cogat tamen d. Iudex d.ᵗ consultorem realiter,
et personaliter ad reddendum consilium infra terminum
suprad.ᵘ si ab eo petitum fuerit per alteram partium
53 prædictar. Et quod non possit prorogari terminus su-
prad.ᵘ locum non habeat, dum committitur alicui su-
per aliqua diffinitiva sententia.
54 Item quod si agere voluerit contra minores 14 annis debeat
actor ipsos citare tria personaliter, vel ad domum eor.
habitationis per cedulas scriptas continentes nomen Iu-
dicis actoris, et rei, et causæ, quare citatur, sicut su-
perius est expressum: in quar. qualibet citatione no mi-
55 nor terminus apponatur, quam quinq. dier. Quibus
terminis elapsis, si non comparuerit legitime infra ter-
minos antedictos, quod Iudex causæ ad petitionem acto-
ris teneatur pronunciare tenutam contra d.ᵗ minores,
et ipsum actorem in possessionem bonor. ipsor. immitti.
56 Quæ tenuta revocari non possit, nisi primo reficiantur
expensæ legitime factæ occasione prædicta ipsi acto-
57 ri in causa p.ᵗᵃ. In quibus causis procedatur forma,
et

58 et ordini, ac etiam expediantur, prout superius d.
59 alijs est expressum. Addito quod Iudex causa tene-
atur, et debeat poena periurij ad poenam 25 lib. dari
tutorem, siue curatorem dictis minoribus, prout expe-
dierit, ad petitionem ipsorum minorum, uel alterius pro eorum
parte petentis illas personas, siue personam, quae de iu-
re ad talia onera subeunda uocantur, siue quas uel
quam eidem Iudici uidebitur conuenire: et eam uel
eas cogat ad dictam tutelam, uel curam suscipiendam
summarie, et de facto, et modis omnibus, quibus eidem
uidebitur conuenire.

59 Item quod si contingat in aliqua causa ciuili testes produci
per alteram partium, qui non sint de foro, et Iurisdi-
ctioni Cois Eugubij, quod Iudex causae ad petitionem
producentis possit, et teneatur committere citationem
illorum fieri faciendam, et receptionem iuramentorum, et exa-
minationem illorum faciendam notario causae, uel ei, quem
dixerit eligendum, et si persona fuerit iurisdictionem non
habens. Et praedicta facere possit absque partis aduersae con-
sensu, et quod fecerit in praedictis ualeat, et teneat, ac si
de partium ipsarum consensu, et commissione factum exti-
60 tisset. Si uero testes de iurisdictione Cois Eug. fue-
rint, et se a testimonio ferendo subtraxerint, Iudex
causae ad petitionem producentis possit eos grauari fa-
cere, et poenas, et banna eis imponere, quae et quas uo-
luerit, et prout ei uidebitur conuenire. Et praedicta omnia
et singula supra contenta locum habeant in causis ci-
uilibus pendentibus, praesentibus, et futuris.

61 Item quod in omnibus, et singulis contractibus, promissionibus, et obli-
gationibus, et instrumentis confectis, et scriptis manu quorum-
cumque

cumq; notarior; mortuor; Ciuitatis, et comitatus Eug.ⁿⁱ
pertinentibus quibuscumq; ciuib;, et Comitatensib; Ciui-
tatis prad.ᵉ subiectis iurisdictionibus temporalibus d.
Cōis, in quibus nō essent obligata bona, uel nomina,
uel in eis scriptum non fuerit, qd praesentes fuerint
creditores, seu creditor, intelligantur bona, et nomina
debitor; esse obligata eor; creditoribus, et quibuscumq;
contrahentibus, quibus alias obligatio quaereretur, ad
omnia, quae ipsi debitores reperiuntur obligati dictis
creditoribus, non obstante, quod in talibus contractibus,
seu scripturis obligata non essent, uel qd in eis scriptu
non esset p̄ntia ipsor; creditor;, uel ipsius debitoris. Et
quod auctoritate p̄ntis legis ius obligationis bonor; prae-
sentium, et futuror; sit, et esse intelligatur in quolibet
instro, seu protocollo notarij mortui adeo deductu, et appo-
situm esse, et fuisse, adeo qd non solum in praeiudicium
debitoris, sed et contra extraneos possessores quoscumq;
possit ius pignoris, et hypothecaria intentari, ac si bona
ipsa reperirentur in tali instro, uel protocollo obligata
62 expresse. Et sufficiat agenti hypothecaria, qd probet
debitorem possedisse rem tempore contracti debiti, uel
post, aut tempore mortis eius. Et prad.ᵃ uendicent sibi
63 locum in p̄ntibus, et futuris. Et idem intelligatur, si in
instris, et protocollis pradⁱˢ non contineatur, rem fuisse
traditam, qd tunc praesumatur, rem fuisse tradita, ac
si in dictis instrumentis, et protocollis expresse contine-
64 tur: Et quod sic intellectis, et habitis uigore d.ᵃᵉ legis, ro-
gita, et instrumenta ex eis copiata redacta in publicā for-
mam, debeant per Iudicem, et officiales Cōis Eug.ⁿⁱ qui
nunc sunt, et pro tempore fuerint, executioni mandari,

quemadmodum

quemadmodum executioni mandantur alia instr̃a secundum formam statutorum dicti Communis, aliquo statuto, uel reformatione, aut ordinamento in contrarium loquentibus non obstantibus.

De prohibita sequestratione. LIBRO II Rub.a VII

Ordinamus, qđ aliquis officialis Cõis Lug.ii non possit nec debeat facere aliqđ sequestrũ de aliqua re, uel parte nisi in casibus a iure permissis, et in casib; ubi lex Noua nõ habet locum: et si fieret, non ualeat ullo modo, et officialis, ex cuius parte factum fuerit, condemnetur per Sindicum Communis in decem lib. Itaul. Et pred.a non habeant locum in causis maleficior;, uel si fiat sequestrũ occasione maleficiorum.

Quod reus contumax faciat citare actorem ipsius rei expensis. LIBRO II Rub.a VIII

Decernimus statuentes, qđ si reus nõ uenerit in termino sibi dato a baiulo, siue a Iudice, tũ uenerit infra x dies, debeat actorẽ citari facere suis expensis ore ad os, si inuentus fuerit: si uero inuentus non fuerit, requiratur, ubi solitus est habitare cum sua familia, bis, scilicet semel in die tũ, et dicat in citatione, qđ ueniat recepturus ius a reo. Et possit Iudex citare partes in Palatio, et eius citatio ualeat, et teneat, et super ipsa citatione possit procedi, ut sibi uidebitur, ita tamen qđ citatio inueniatur in scriptis per notarium.

Quod

Quod tenuta detur infra quinque dies, et qualiter procedatur, quando dari non possit. LIBRO II Rub.a VIIII

Providimus statuentes, quod baiuli dare teneantur tenutam infra quintam diem, postquam eis iniunctum fuerit de tenuta danda; et si non fecerit, nihilominus Potestas, et Iudex possit, et debeat dari facere tenutā per easdem expensas, quæ factæ fuerint in baiulo antedicto. et est d. baiulus, qui nō dederit tenutam infra d.m tempus, ut dictū est, in 20 sol. den. per Potatem condemnetur.

2 Hoc addito, quod si baiulus referat, nihil invenisse, quod potuerit creditori dare in tenutam, vel tenutā dare non potuisse, possit, et debeat, is, contra quem erit pronunciata tenuta, capi, et personaliter detineri, donec satisdet de iudicio sisti.

De tenuta danda in solutum, et vendenda. LIBRO II Rub.a X

Ordinamus statuentes, quod si illo contra quem data fuerit tenutā pro aliquo debito, tenutam non recollegerit infra mensem, postquam tenuta fuerit data, liceat creditori petere, si voluerit, quod d.a res vendatur, vel sibi in solutū detur: Et hoc quippe ordine procedatur,

2 Quod Potas, vel Iudex faciat requiri debitorem, contra quem data fuerit tenuta, ut infra tertiam diem recolligat d.m tenutā: si vero non recollegerit, vel

3 non comparuerit infra d. terminum, Potestas vel Iudex eumdem requiri faciat, ut veniat ad ponendum æstimatorem rei acceptæ in tenutam. Et si debitor

venerit

uenerit æstimatoremq; posuerit pro parte sua, credi-
tor ponat alium pro parte sua: Et si fuerint concor-
des de æstimatione rei, tunc res accepta in tenutam
adiudicetur creditori pro æstimatione facta, dummo-
do res ualeat quantitatem petiti debiti, et expensarum
4 factarum in lite. Et si res non ualuerit habeat regressum
ad alia bona debitoris idem creditor: Et si ualuerit
5 plus, sit saluum ius debitori in triduo. Si uero nõ
recollegerit infra dictum terminum tenutã, et non uene-
rit ad ponendum æstimatorem pro parte sua, ut dictum
est, tunc Potãs, et Iudex ponat unum æstimatorem
pro parte debitoris, et creditor ponat alium pro parte
sua, et tunc procedatur ad æstimationem tenutæ. quo
facto subhastetur d. tenuta tribus uicibus per interual-
la trium dierum in qualibet subhastatione, et tunc plus
6 offerenti detur. Si uero aliquis non comparuerit, tunc
elapsis d. terminis detur per Potestatem, uel Iudicem
dicta tenuta insolutum creditori secundum modum præ-
7 scriptum, et si contigerit æstimatores non fore concor-
des, tunc tertius æstimator apponatur per Potestatem,
uel Iudicem, et sufficiat duorum æstimatorum concordia, et
secundum eorum concordiam procedatur ad æstimationem,
et datio in solutum fiat per modum superius denotatum.
8 Si uero creditor noluerit dictã tenutã, et uoluerit, quod
uendatur, tunc subhastetur modo præd. et plus offerenti
detur, reseruato regressu creditori contra alia bona de-
9 bitoris: saluo quod reus ueniens infra annum quando-
cumque, possit recuperare rem datam insolutum soluto
debito, et expensis legitimis restitutis, et Potestas, et
Iudex teneatur sibi restitui facere, nõ obstante da-
tione

10 tionem in solutum. Hoc addito, quod si aliquis petat aliquam rem tamquam suam, vel sibi obligatam, vel agat petitionem, vel actionem in rem, et propter contumaciam adversarij sui habuerit tenutam praedictae rei, actor statim efficiatur possessor, nec locum habeat datio in solutum; si tamen reus venerit infra annum, et satisfecerit expensas actori, et satisdederit de iudicio sisti, res

11 in tenutam accepta restituatur sibi. Addimus supradictis quod in tenutis, quae accipientur ex forma Novae legis, vendendis, et dandis in solutum, Iudex dictas solemnitatem non teneatur servare; sed procedatur summarie prout sibi videbitur, ita quod creditori sine dilatione satisfiat de suo credito, et expensis.

Infra quantum tempus possit citatus impugnari. Rubrica XI

LIBRO II

Statuimus, et ordinamus, quod si quis, contra quem data fuerit tenuta, opposuerit, se non fuisse citatum, possit reus infra decem dies utiles a tempore datae tenutae opponere exceptionem, et dicere, se non fuisse citatum, et ab inde antea nullatenus audiatur.

De his, qui faciunt citare aliquem coram diversis Iudicibus, vel citationes non prosequuntur. Rubrica XII

LIBRO II

Statuimus et ordinamus, quod si quis fecerit aliquem citare coram diversis Iudicibus ad idem, et processerit contra citatum, processus non teneat, nec valeat ullo modo: et solvat, qui

citationem

citationem fieri fecerit nomine banni pro qualibet vice sol. 100 Raul. quorum medietas sit Coñi, et alia medietas accusantis. Hoc addito, quod si quis una, et eadem causa fecerit aliquem bis in mense citari, et citans non fuerit prosequutus eamdem, et reus comparuerit responsurus actori, non intelligatur actor, nec audiatur in eadem causa deinde ad duos annos.

Quod reus, cui sacramentum ab actore defertur, iuret, vel referat. LIBRO II Rub.a XIII

Firmamus statuentes, quod si reus noluerit iurare, cum defertur sibi iuramentum a Iudice, vel actore, et actor iuraverit, se debere a reo recipere id, quod petit; compellatur reus incontinenti ad solvendum actori id, quod petitum fuerit cum expensis.

LIBRO II

De modo procedendi in modicis quaestionibus. Rub.ca XIV

Statuentes firmamus, quod in causis, quae non excedunt summam 40 sol. Raul. quae non sit pars maioris summae, unus testis sufficiat ad probandum delato sacramento actori a Iudice, qui habeat licentiam diffiniendi causa 40 sol. et infra, audiatur actor sine porrectione libelli, non obstantibus aliquibus feriis. Et in quaestionibus mercedum laboris procedatur summarie, et sine strepitu, et figura iudicii, et diebus quibuslibet etiam feriatis, in quibus procurator inveniri non possit.

De

De defendendo tenutā ei, cui data est p Curiam. Rub.ca — LIBRO II XV

Statuimus et ordinamus, quod Potās, et Iudex teneantur, et de-
beant tenutas legitimas, et iustas, uel in solutū datas
auctoritate Curia, et ipsas a se, et suis antecessorib. da-
tas manutenere. Et q̄t quicumq abstulerit, uel turbave-
rit aliquem in prēd. uel aliquo praedictorum Potestas au-
ferat ei pro poena 40 sol. Raul. uice qualibet.

Quod creditor faciat quietationē debitori de
eo, quod soluerit. Rub.ca — LIBRO II XVI

Ordinamus statuimus, quod si quis una, uel pluribus obliga-
tionib. alicui obligatus extiterit, et uoluerit debitor a
creditore quietationem, teneatur Potās facere fieri ei-
dem debitori quietationem de ipsa obligatione, de qua
satisfecerit creditori, si apparuerit ex confessione cre-
ditoris, aut probatione legitima.

De recollectione, et uenditione pignor. Rub.ca — LIBRO II XVII

Statuimus, et ordinamus, quod Potās teneatur, recolligi
facere pignora tam mobilia, quā immobilia infra de-
cem dies, postquā petitū fuerit a creditore, et cogere
teneatur Potestas, et Iudex debitorē ad recolligendum di-
cta pignora ad uoluntatem creditoris. Et praed.ta fiant
2 summarie, et sine strepitu, et figura Iudicij. Et si debi-
tor non comparuerit ad recolligendū, eumdem uendi fa-
cere.

cer.ᵉ teneatur, uel in solutum dari creditori pro debito, et expensis, et sit in electione creditoris, ipsum pignus
3 in solutū accipere, uel uendi facere. Et antequam uendatur, uel in solutū detur, subhastetur primo per Ciuitatē tribus uicibus per interualla trium dierꝫ, et plus offerenti detur, ipsum in solutū recipiat creditor. Et talis uenditio, et in solutū datio teneat, et ualeat, ac si facta esset
4 per debitorem. Et in pignoribus occasione ludi datis locum prædᵃ. non habeant, et nullatenus obseruentur.

De rescindenda uenditione, de qua pactum interuenit.

LIBRO II
Rub.ᶜᵃ XVIII

Prouidimus, qđ si quis uendiderit aliquam rem, et apparuerit pactum de rescisione inter emptorem, et uenditorem per publicum instrum, uel alias legitimas probationes, teneatur Potestas, et Iudex dictam rescisionem fieri facere infra octo dies postquam petitum fuerit, et apparuerit de dicto pacto, summarie, sine strepitu, et figura iudicij, et sine libelli oblatione, et sine decimo, et salario.

Quod uenditor cogatur ad rem uenditam defendendam emptori

LIBRO II
Rub.ᶜᵃ XIX

Deliberantes statuimus, et ordinamus, qđ si quis emit, uel emerit rem aliquā ab aliquo, et mota fuerit lis, uel quæstio de dicta re, ipsum teneatur uenditor tam in Curia

Communis

Co(mun)is Eugubij, quam in qualibet alia, et cora(m) quocumq(ue) delegato, uel delegando, seu et subdelegando in distri=cctu Eugubij, uel extra districtum, et defendere omnib(us) suis expensis. Et ipsum uenditorem, uel eius haeredes Potestas, et Iudex cogant summarie sine strepitu, et fi=gura Iudicij ad praed(ict)a facienda quandocumq(ue) ad uo=luntatem emptoris, uel suor(um) haeredum. Et si uenditor, uel eius haeredes citati fuerint, quod ueniant ad defen=dendam rem uendita(m), et non comparuerint in termino assignato, procedatur nihilominus in causa p(rae)d(ic)ti per Iudicem, dummodo contra uenditore(m) semper procedat, uel eius haeredes ad faciendu(m) eos liti offerre, nisi ali=ud sit actum in contractu uenditionis. Et hoc etiam locum habeat in permutationibus, et cambijs. Et si d. uen=ditor non offerret se liti secundum d. Potestatis, uel Iudicis mandatum, uel ad petitionem emptoris, ut di=ctum est, condemnetur in 25 lib. Rau. Quar(um) medie=tas sit Communis, et alia partis petentis; et nihilomi=nus teneatur ad omnia alia damna, et expensas, et interesse illi, cui quaestio mota fuerit.

De contractib(us) minor(um), et filiorumfamilias. Rub.ca XX

LIBRO II

Prouidentes statuimus, quod si quis annis 25 minor uo=luerit aliquem contractum, uel obligationem facere cu(m) cum aliquo, non possit nisi p(rae)sentibus, et uolentibus duob(us) ex consanguineis masculis proximioribus dicti mino=ris, et si aliter fieret contractus non ualeat, nec teneat ullo modo, nec obligatio: Et hoc non intelligatur de minoribus habentibus curatorem. Si uero curatorem

habuerint

habuerint, cum auctoritate curatoris, uel Iudicis non obstante si consanguinei proximiores non fuerint, sed sufficiat auctoritas Iudicis Curiæ, uel curatoris consen-
3 sus: Et si prædicta solemnitas seruata non fuerit, ut supra dictum est, in dictis contractibus lex Noua non uendicet sibi locum: et hoc locum habeat in præteritis,
4 et futuris. Et in ipsis contractibus, et obligationibus minor semper iurare debeat, non uenire contra, uel fa-
5 cere occasione minoris ætatis. Hoc addito huic capitulo, quod minores possint se obligare usque in quantitatem centum solidorum Rauennatum et non ultra sine prædicta so-
6 lemnitate. Addentes etiam prædicto capitulo Quod nullus minor 30 annis existens in potestate patris non possit se obligare sine presentia sui patris, et consensu eius, et si facerit, uel se obligaret, non ualeat ullo modo.

7 Additio

Statutum de contractibus minorum, et filiorum fam. declarantes statuimus, quod ubicumque in dicto statuto fit mentio de curatore, intelligatur de curatore ad negocia, uel de curatore specialiter constituto ad illum actum,
8 quem minor facere intendit: Et quod religiosorum consensus si fuerint de proximioribus consanguineis sufficiat, ac si fuissent laici.

LIBRO II

De auctore dando per Iudicem in causis. Rubrica XXI

Statuimus, quod quilibet Iudex in suo officio debeat dare auctorem expensis utriusque partis, si simul postulauerint

et

et si una pars postulauerit, altera uero non, recipiatur
2 expensis petentis cum salario competenti. Et si Iudex
sic dato neglexerit assessorem, puniatur uice qualibet
3 per Syndicum d. Communis in decem lib. Rauen. Et
teneatur Iudex, cui consulendum commissum fuerit, red-
dere, et facere consilium super causa sibi commissa infra
15 dies a die commissionis sibi factae computandos ad
poenam decem lib. Rauen. in quibus per Potestatem de-
beat condemnari.

4 Addimus, quod nulli assessori detur salarium, nisi primo re-
stituto consilio sigillato, uel publicato super puncto si-
5 bi commisso ad dictam poenam. Volumus insuper ad-
dentes, quod si ille ad cuius petitionem datus fuerit as-
sessor habuerit pro se consilium, teneatur, et cogatur ad-
uersarius ei statim salarium, et expensas restituere con-
6 silij. Addentes praeterea quod si assessor, cui commissum fu-
erit consilium, non consuluerit super puncto sibi commis-
so infra 15 dies, ut dictum est, elapsis dictis 15 diebus
commissio expiret, nec Iudex teneatur punctum sibi com-
missum iterum committere, uel alteri assessori, praeter-
quam in sententijs nullitatis, et contradictionum, nec ipse
assessor, uel consultor se possit ulterius intromittere; sed
Iudex ex tunc procedat in causa, ut iuris fuerit, non
obstante si consultor fuerit impeditus.

7 Et ad tollendum fugas illorum, qui pro differenda lite super
omni puncto petunt consilium sapientis, statuimus,
quod quicumque habuerit in aliqua causa contra se duo con-
silia sapientis, uel sapientium, ulterius in dicta causa Iu-

dex

dex aduocatorum dari non teneatur, uel commissionem face-
8 re praeterquam in sententijs diffinitiuis ferendis in causis nul-
9 litatum, appellationum, et contradictionum: et computé-
tur in numero duarum commissionum etiam illa commissio, quae
per lapsum dictorum 15 dierum expirauerit, contra illum,
qui eam petierit.

Additio huic statuto de consilio sapientis dando,
10 quae reperitur in volumine statutorum.

Et ad tollendum fugas illorum, qui pro differenda lite malitio-
se super omni puncto petunt consilium sapientis statue-
runt, quod quicumque in aliqua causa ciuili habuerit contra
se semel consilium sapientis, uel sapientium, ulterius Iu-
dex aduocatorum ei dare non teneatur, et intelligatur ha-
buisse consilium contra se ille, qui tale consilium, seu as-
sessorum petierit, et per lapsum 15 dierum commissio expi-
rauerit: Et hoc intelligatur quantum ad commissionem
iterato faciendam, et non quo ad iustitiam, uel iniustitiam
11 puncti transmissi. In sententijs uero diffinitiuis cau-
sae principalis, appellationum, contradictionum, et
nullitatum semper dari debeat ad petitionem petentium
aduocatorum neutri parti suspectus modo, et ordine supra-
scriptis, quo ad terminum, salarium, et expensas, et re-
12 fectionem ipsarum expensarum, et salarij. causa uero suspi-
cionis remaneat in bona prouidentia dicti Iudicis.

Quod

36bis v

37v

Quod creditor non possit molestari in bonis exbanniti sibi obligatis, nisi sibi satisfiat. Rub.ca LIBRO II XXII

Ordinamus, quod si quis est, vel fuerit exbannitus in futurum pro aliquo maleficio, et eius bona essent pro debito obligata ex alijs debitis ueris, et non fictis habeat illo, cui obligata sunt, detentionem bonorum usque ad plenam satisfactionem dictorum debitorum tam dotium, quam aliorum: et Potestas non debeat illum, uel illos in dictis bonis, uel ipsorum alterum molestare, uel molestari facere, et si contra fecerit, perdat de suo salario decem lib. raul. et no ualeat, quod per eum factum fuerit contra prædicta.

Quod uenditor possit retinere rem uenditam pro pretio, et quod in ipsa cæteris præferat. Rub.ca LIBRO II XXIII

Statuimus, et ordinamus, quod si quis uendiderit in futurum res aliquas, de quibus pretium non sit solutum, liceat uenditori retinere rem uenditam loco pignoris, donec de pretio fuerit sibi integre satisfactum, et interim lucrent fructus. Addimus etiam, quod uenditor pro pretio rei uendita præferatur in ipsa re uendicanda, et tenenda omnibus creditoribus emptoris etiam anterioribus tempore usque ad integram satisfactionem pretij.

Quod

38v

LIBRO II

Quod nullum compromissum duret ultra sex menses. Rub.^ca XXIIII

Providimus, q(uo)d nullum compromissum duret ultra sex menses, et ultra sex menses arbiter, uel arbitrator nullam habeat iurisdictionem, u(e)l licentiam arbitrandi, seu diffiniendi: 2 Et si non concordauerint arbitri, seu arbitratores, cogantur partes per Potestatem, uel Iudicem ad ponendum tertium realiter, ita quod tertius omnino ponatur.

LIBRO II

De his, qui ius praetendunt in bonis exbannitorum. Rub.^ca XXV

Statuimus, q(uo)d quandocumq(ue) contigerit, quod in bonis exbannitorum, u(e)l condemnatorum, uel positorum pro debitoribus Co(mmun)is Lug.^ii immobilibus peteretur aliq(uo)d aliud coram Iudice petatur uocato Syndico Co(mmun)is, ad hoc ut causam ipsam defendat. Et Potestas examinatis iuribus petentis de consilio suorum Iudicum ipsam causam decidat, et aliter super his pronunciari non possit.

LIBRO II

De procuratoribus, et q(uo)d non respondeant positionibus, et q(uo)d sacramentum calumniae n(on) excuset ab exp(ens)is. Rub.^ca XXVI

Ordinamus, q(uo)d si quis contra pro(curato)rem aliquam, seu aliquas exceptiones rationabiles, et probabiles obiecerit, assignetur ei terminus ad eas exceptiones probandas; infra quem terminum si non probauerit cum effectu, Iudex causae condemnet excipientem in expensis factis occasione dictarum

exceptionum

exceptionum priori, contra quem excepterit, et huiusmodi ex-
ceptionibus non obstantibus elapso dicto termino dato per
Iudicem immediate, non obstante aliqua appellatione procedatur
super negotio principali, non obstante si dixerit per eum non
stetisse, quod non probauerit exceptiones prædictas infra ter-
2 minum a Iudice sibi datum. Hoc addito, quod nullus pro-
curator, et si habeat specialem mandatum, ponit, uel debeat
respondere aliquibus positionibus, sed principalis persona re-
spondere teneatur omni modo, nisi ipsas positiones prior
3 uoluerit confiteri, uel nisi aduersarius consentiret: Si ta-
men fuerit mulier, Iudex debeat mittere notarium causæ
ad domum dictæ mulieris expensis mulieris, si noluerit
uenire personaliter. Et idem intelligatur in omnibus,
4 qui haberent iustam causam non ueniendi. Et hoc non
uendicet sibi locum, quando dominus esset absens a Ciuitate,
et comitatu Lug.ni de cuius absentia, et causa iusta fidem
faciat procurator proprio iuramento.
5 Hoc addito, quod iuramentum calumniæ, malitiæ, ~~et~~ uel
ueritatis non excuset aliquem in aliqua causa, uel causis
6 a condemnatione expensarum. Volumus et addentes, quod
per comparitionem domini ad causam tractandam, ad quemcumque
actum compareat, non intelligatur, nec sit prior reuoca-
7 tus. Pater autem in causa filij, et tutor, uel tutrix in cau-
sa pupilli ponunt priorem ante litem contestatam constitue-
re, sicut possunt, si per eos lis contestata fuisset.
8 Et etiam fideicommissarius quandocumque ponit priorem
facere ad ea omnia, quæ pertinent ad officium commis-
sariæ

sariæ, et ad ea, quæ ipse facere posset.

9 Insuper addimus huic cap.° declarantes, quod indicato, vel ostenso instr.o procurationis facto ad agendum, et defendendum in causa, intelligatur, sit, et habeatur legitimus procurator in causa, in qua comparuerit. Et quod non obstan.te quod fuerit prior litem contestatus, d.nus sive principalis possit semper assistere causæ, et procedat in ea prout sibi placuerit ad quemcumque actum.

10

De ferijs, et diebus feriatis. Rub.ca

LIBRO II XXVII

Quamquam semper oporteat servari iustitiam, quæ est omnium conservatrix, ad reverentiam Omnipotentis Dei, Sanctorum, et Sanctarum eius dies infrascriptos in criminalibus causis dumtaxat feriatos esse iubemus, et volumus, videlicet,

Festum Nativitatis D.ni.
S. Stephani
S. Ioannis Evangelistæ
SS. Innocentium
S. Silvestri
Circumcisionis
Pascha Epiphaniæ
Pascha resurrectionis
Dies qua celebratur officium Corporis Christi, et 3 p.a dies.
Festum S. Vbaldi de mense Maij
Festum S. Ioannis de mense Iunij
Quatuor festivitates B. Mariæ Virg.nis et
Annunciationis, Assumptionis,
Nativitatis, et Purificationis.
Omnium Sanctorum. Kal. Novembris.
Festa principalia xij Apostolorum
Beati Laurentij de mense Augusti
Omnes dies Dominicos.
Festum Pentecostes.
Omnes dies veneris, salvo quod in die veneris, nisi aliud d.o præd.i festi occurrat,

possint

ponitur feri: diffinitiua sententia in criminalibus.

In ciuilibus uero quaestionibus sint feriae omnes dies, et festa supradicta, et etiam infrascripta, uidelicet,

Festum Natiuitatis Domini cum sua uigilia usque ad Kal. Ianuarij inclusiue.

Paschatis Resurrectionis cum septem diebus praecedentibus, et septem sequentibus.

Festum Pentecostes cum duobus sequentibus diebus.

Festa quatuor Euangelistarum.

Festa quatuor Doctorum Ecclesiae, vz. S.S. Augustini, Ambrosij, Gregorij, et Hyeronimi.

Festum S. Vbaldi de mense Maij cum duobus diebus praecedentibus, et uno sequenti.

Festum S. Ioannis Baptistae de mense Iunij cum duobus diebus praecedentibus, et uno sequenti.

Dies, qua celebratur officium Corporis Christi, vz. 5a dies.

Festa SS. Mariani, et Iacobi.

S. Michaelis de mense Septembris.

S. Martini

S. Catharinae

S. Luciae

Omnes dies sabbati post nonas.

Omnes dies quadragesimales, et alij dies, quibus ieiunari debet, vz dicti dies ante nonas.

Festum Conceptionis Beatae Mariae Virginis, quod est die octaua mensis Decembris.

Vltimis octo diebus regiminis cuiuslibet Potestatis.

Quando

Quando fit Consilium Populi, Capitaneorum artium, Consulum, mercatorum, et centum de populo maioris summae, si in ipso Consilio fieret aliqua proposita, videlicet si Consilium fiat ante nonas, sic dicta dies feriata ante nonas; et si fieret post nonas, sit feriata post nonas.

Tempore fori banniti de mense Septembris, excepto de his, quae aguntur in foro, vel occasione fori.

Dies letaniarum usque ad nonam, videlicet quando ipsae letaniae celebrantur.

Pro menibus sint esse feriae ab ultima die mensis Junij usque ad festum Assumptionis Beatae Mariae de mense Augusti.

Et pro vindemijs primi xvi dies mensis Octobris.

Quod apodixa contra scribentem habeat pro pub.co instro. Rub.ca LIBRO II XXVIII

Providimus statuentes, quod si quis apodixam aliquam fecerit sua manu de denariis, vel alia re, quos alteri tene-retur dare causa mutui, vel depositi, vel alia causa, talis apodixa pro confessione habeatur, et vim confessionis habeat, et omnes officiales Communis Eug.ii in omnibus exequutioni mandare ——— secundum formam novae legis. Et in apodixis cuiuslibet alterius illud idem intelligi volumus, et servari.

Quod detur copia per notarios de rogitis pertinentibus ad exbannitos. Rub.ca LIBRO II XXIX

Statuimus, quod Potestas, et Capitaneus, et eorum Iudices debeant facere dari copiam publicam rogitorum, et protocollorum, in quibus fit mentio alicuius positi pro debitore Communis Eugubij, a quocumque notario habente, recepta competenti mercede. Et fieri hoc faciant infra quintam diem, postquam petitum fuerit, ad petitionem cuiuscumque petentis, cuius interest, vel ad petitionem syndici Communis Eugubij. Et de hoc stetur sacramento notarij si habeat, vel non.

Quod non fiat cenio a forensi contra ciuem, et quod non sit necessaria cenio in oblig.ne pro alio recepta. Rub.ca LIBRO II XXX

Prouidimus statuentes, quod nulla persona de Ciuitate, comitatu, uel districtu Lug.e recipiat aliquam iuris cenionem ab aliquo forensi contra aliquem ciuem, uel districtualem Coi Lug.e et qui contra fecerit puniat per Potestatem in lib. 25. daml. et cautio, seu iuris cenio non teneat, nec ualeat ullo modo.

2 Hoc tamen non uendicet sibi locum in illis, qui fideiuninent, uel principaliter se obligarent pro aliquo, uel cum aliquo ciue, uel districtuali Lug.e alicui forensi, et soluinet debitum d. forensi pro parte, uel in totum, in quibus casibus iuris cenio fieri ponit, non obstantibus prædictis.

3 Addimus, quod si quis receperit aliquam prominionem, uel obligationem pro aliquo, ille pro quo prominio uel obligatio facta fuerit, ponit ex ea agere, uel petere, sicut sibi actio, uel iura cena essent non obstante, quod actio sibi cena non fuerit.

4 Ille autem, qui pro alio receperit, non ponit aliquid petere ex obligatione, uel prominione pda, nec solutionem recipere, nec de ea quietationem, nec aliquid facere in praeiudicium eius, pro quo receperit, et si fecerit non

5 ualeat, nec debitor propterea liberetur. Quietatio autem facta, uel fienda alicui pro altero ualeat, et teneat, sicut si facta fuerit alicui, cuius nomine recepta fuerit, et ex ea liberetur, sicut si sibi facta fuerit, uel fuisset.

Quod non fiat cessio nobili contra popularem — Rub.ca — LIBRO II XXXI

Statuimus, quod nullus de genere nobilium possit, nec debeat reci-
pere aliquam iuris cessionem contra aliquem, uel aliquam
popularem, siue de populo Ciuitatis, uel districtus Eugubij,
et si reciperet nō teneat, nec ualeat, nec per talem iuris ces-
sionem agere possit, nec coram aliquo officiali Cōis Eugubij
audiatur in dicta causa, et nihilominus condemnetur
talis nobilis in lib. 50 rauennat.

Quod habens arborem in alterius terreno cogatur
eam uendere. — Rub.ca — LIBRO II XXXII

Prouidimus statuentes, quod si quis habeat, uel habuerit arbo-
rem aliquam in terreno alterius, uel partem arboris ali-
cuius in terreno alterius existentem, ille, cuius est di-
cta arbor, compellatur uendere eam iusto praetio, et hoc
fieri faciat Potestas, uel eius Iudex sine porrectione
2 libelli, et absq. aliqua iuris solemnitate seruata. Et
ille, cuius est terrenum teneatur emere iusto praetio,
3 et soluere uenditori dictum praetium: Et si non fue-
rint concordes, eligant unum hominem, uel plures de
communi concordia, qui dictum praetium debeant decla-
rare.

De mentecaptis, et furiosis, et maleaniatis, et contractibus eorum. Rub.ca LIBRO II XXXIII

Ordinamus providenter, quod nullus furiosus, mentecaptus, vel demens possit vendere, vel contrahere, aut contractũ
2 aliquem facere cum aliquo; Et si aliquis a tali emerit,
3 vel cum eo contractum fecerit, non teneat ullo modo: Et filius, et quilibet coniunctus dicti furiosi, sive mentecapti, vel dementis masculus, vel foemina per se, et suum procurem possit petere, venditionem rescindere, et contractũ cassari, et quilibet reputetur idoneus, et admittatur ad
4 pta. Et Potestas, et Iudex teneatur ipsas venditiones, et contractus cassari, et irritari facere infra octo dies summarie sine strepitu, et figura iudicij, et oblatione libelli, et
5 iuris ordine non servato. Hoc addito, qđ si quis in postribulum ludendo, vel aliter malefaciendo male tractat, vel faciat facta sua, ita qđ maleaniatus merito dici possit, teneatur Potestas, et quilibet eius Iudex, qui super hoc fuerit requisitus ad petitionem patris, avi, vel duorum ex proximioribus consanguineis illius maleaniati publice banniri facere per Civitatem Lug.e quod nulla persona
6 cartam, vel obligationem faciat, vel contractũ. Quo facto omnes contractus, cartae, vel obligationes, quae cum illo fierent sine consensu patris, vel avi, vel duorum ex proximioribus consanguineis ipsius sint irrita ipso iure, et pro non factis
7 penitus habeantur. Et nullus officialis Coïs Lug.e audiat aliquem agentem, vel petentem, vel excipientem, seu se defendentem

dentem in cartis, seu obligationibus supradictis non obstante
quod sint sacramento, uel alia quacumque firmitate munita,
ipsasque cartas, contractus, et obligationes dicti Potestas, et
Iudex ad petitionem cuiuslibet canari, et cancellare face-
8 re teneantur. Et ad probandum quo ad praemissum casum
quod aliquis male tractet, uel faciat facta sua, ita quod
maleaniatus merito dici possit, Vel quod aliquis sit Pater,
uel auus, uel de proximioribus consanguineis illius, qui
dicitur maleaniatus sufficiat sacramentum eius, qui se di-
cit patrem, uel auum, uel eorum, qui se dicunt esse de proxi-
9 mioribus consanguineis maleaniati praedicti. Verum quia
non semper quis in proposito, uel actu malefaciendi per-
durat, uolumus, quod interdictio praedicta duret per duos
10 annos tantum a bannimenti tempore computandos: Pos-
sit tamen pater, et auus, uel consanguinei elapsis annis
praedictis, et quando, et quoties eis uidebitur fieri facere similem
interdictionem seruata tamen forma praedicta per duos
annos tantum, ut supra dictum est, quotiescumque facta
11 fuerit duratura. Praemissa uero in contractibus, et car-
tis, in quibus ipsi maleaniati obligentur alicui, non autem
in his, in quibus aliquis obligetur eis, debeant obseruari.

47

218

Quod mulier nupta sine consensu uiri non contrahat, neque testetur

LIBRO II Rub.ca XXXIV

Statuimus, et ordinamus, quod nulla mulier habens uirum possit contrahere, uel aliquam obligationem cum aliquo facere, siue testamentum, siue ultimam uoluntatem condere, uel de suis bonis in alium transferre sine consensu uiri sui; nisi esset in articulo mortis, et uir siue maritus esset tunc absens, ita quod eius consensus de facili haberi non posset: in quo casu tunc debeant consentire duo ex proximioribus consanguineis sui uiri. Et si secus fieret non ualeat ullo modo, et si interuenerit sacramentum.

De quastionibus murorum, cloacarum, landronum, stillicidiorum, et similium.

LIBRO II Rub.ca XXXV

Ordinamus statuentes, quod quicumque habet murum cum aliquo, et ille uoluerit reaptare, Potestas siue Iudex cogat consortem ad reaptandum dictum murum, ita quod quilibet habeat partem suam:
2 et si alter ex consortibus uoluerit murum in altum extendere, et eleuare, teneatur consortem requirere, ut cum eo faciat expensas communiter; et si noluerit contribuere in expensis, possit per se murum in altum eleuare et in altum tenere quantum uoluerit, et alter consors non possit in dicto muro ædificare, uel aliquid imponere, uel mittere, nisi primo reficiat medietatem expensarum eidem secundum æstimationem unius boni uiri muratoris.
3 Et si ædificauerit

cauerit in muro, uel parte, in cuius ædificatione non contri-
buit in expensis, infra mensem postquam ædificare coeperit,
et petitum fuerit medietatem expensarum in dicto muro factarum
secundum dictam æstimationem restituere debeat. et Potestas,
et Iudex Communis prædicti fieri faciant sine strepitu, et fi-
4 gura iudicij, et sine decimo, et expensis. Et liceat utrique
parti trabes, et ligna ponere, et immittere in muro communi pro
ædificio, et fenestras facere, et similia ex parte sua, non
5 tamen ita quod præstet præiudicium alteri consorti. Nec
alicui liceat in muro communi facere uersatorium, uel fidile, et
si contrafecerit, faciant Potestas, et Iudex infra quintam
diem, postquam petitum fuerit, remoueri.

6 Addimus huic capitulo quod quando esset inter aliquas personas ali-
qua discordia, uel lis, seu molestia occasione alicuius muri,
uel landronis, cloacarum, fonati, necessarij, stillicidij, uel
grondareccia, uel de his similibus, quod Iudex, et officialis
Potestatis teneantur, et debeant ad petitionem cuiuslibet
petentis ire ad locum, ubi, et de quo dicta discordia esset,
et uidere, et dictam discordiam aptare, et terminare, et
diffinire de facto, et sine strepitu, et figura iudicij, et omni
modo, et iure, quo eis uidebitur, habita conscientia uicina-
rum dictorum litigantium numero quatuor ad minus non
suspectorum alicui partium, et ferijs non obstantibus.

Quod homines villarum cogantur coler. terras sibi vicinas. LIBRO VI Rub.ca XXXVI

Prouidimus statuentes, qd si quis habet terras seu possessiones in comitatu Eugubij, quas homines illius contratæ, vel alij, qui soliti sunt, ipsas laborare, laborare noluerint, eas Potas, et Judex ad petitionem cuiuscumq; petentis cogat proximiores de dicto loco ad laborand. eas bona fide, et secundum quod communiter laborantur in dicta contrata: qd si neglexerint, perdat d. suo salario Potestas decem lib. rauen.

2 Addito, qd syndici villar., seu Castror., in quibus d.a terra sint posita, cogi debeant cum quatuor massarijs per Potatem

3 vel eius Judicem, eas laborari facere modo præd. Et si syndici villar., aut Castror. præd.a neglexerint adimplere, teneantur damnum passo, fructus et interesse, qui percipi potu-

4 issent de ipsis terris, reficere. Et hoc locum habeat in ciuibus, et comitatensibus subiacentibus dicto Coi, et soluentibus datia, et collectas; dummodo nõ habeant locũ si terræ essent steriles.

Quod conseruet indemnis, qui se pro alio obligauit. LIBRO Rub.ca XXXVII

Statuimus, qd quicumq; fecit, siue fecerit aliquam fideiussionẽ pro aliquo, ex qua fideiussione, seu obligatione constiterit publicũ instrum conseruationis indemnitatis, Quod talis, qui promiserit conseruationem indemnitatis, et eius hæredes teneant, et debeant talem fideiussorem, vel pro ipso obligatum, et eius

hæredes

50v

haredes, et bona omnimodo conseruare indemnes, et ipsos ab-
soluere, et liberare, et liberos, et absolutos reddere a tali fi-
deiussione, seu obligatione quomodocumq, et qualitercumq ut s.a
petierit, iuris solemnitate omissa, et ferijs non obstantibus.
2 Et pred.a teneantur Potestas, et omnes officiales Cõis Eug.ij
executioni mandare ad petitionem fideiussoris contra de-
bitorem, pro quo se fecit contra debitorem ipsum ad
3 instantiam creditoris. Et si d. talis fideiussor, uel sic obli-
gatus esset, uel reperiatur condemnatus in futurum dicta
de causa, talis condemnatio exigatur per Cap.neus tantum
contra p.lem, et non contra fideiussores, uel sic obligatos, no
obstante qd non sic scriptus in instr.o debiti, uel fideiussio-
nis; sed ut comunis, uel ut principalis debitor uno instr.o
indemnitatis, et eo obtento.

LIBRO II XXXVIII

De terminis mittendis, et dirizandis inter uicinos. Rub.ca

Prouidimus statuentes, qd si terminus, uel termini curuati fue-
rint, uel curuati reperirentur inter aliquas possessiones Po-
testas, et eius Iudices faciant ipsos dirizari, ubi reperiren-
tur curuati; et ubi reperirentur non esse termini, uel fuis-
sent extracti Potas, et eius iudices eos mitti, uel remitti fa-
cere teneantur ad petitionem petentis hoc modo, uidelicet
qd eligantur duo boni homines, si reperirentur, uel de con-
trata, uel aliunde per partes

De parte dotis applicandæ mariti, et de alimentis uxori præstandis. Rub.ca LIBRO II XXXIX

Ordinantes statuimus, quod si uxor alterius decesserit sine filijs ex ipsorum matrimonio natis, omnes res appreciatæ, quas maritus, vel alius habuerit in dotem, et receperit, vel ei promissæ fuerint pro matrimonio inter eos contracto remaneant, et applicentur marito simul cum tertia parte dotis, et rerum perceptarum, vel promissarum, ad quas res appreciatas, et tertiam partem dotis reddendæ, et restituendæ illi, vel illi personæ, vel personis, quibus facta fuerit cautio de restituendo dictam dotem, vel alijs, quibus dicta de causa restitutio fieri deberet, maritus mulieris nullatenus teneatur,
2 non obstante si in instro dotis esset promissa integra restitu-
3 tio dotis, nisi specialiter, et expresse esset huic statuto renun-
4 ciatum a contrahentibus, et si dictum matrimonium diuisum non fuerit aliqua iusta causa, quam per mortem.
5 Hoc addito, quod soluto matrimonio per mortem mariti hæredes mariti teneantur dare alimenta uxori quondam defuncti secundum qualitatem dotis usque ad dotis restitutionem: et hoc non praeiudicet mulieri, si ex alia causa ab hæredibus
6 mariti alimentanda esset. Et hoc Potestas, et Iudex fieri faciant

ciant summarie, et sine strepitu, et figura iudicij, diebus fe-
7 riatis non obstantibus. Et praedicta locum habeant in matrimo-
nijs contractis, et contrahendis.
8 Additionem, et declarationem facientes huic cap.o uidelicet
quod maritus non lucretur tertiam partem dotis, et res appre-
ciatas, nisi uxorem traduxerit, uel ipse maritus ad domum
9 ipsius uxoris accesserit ad habitandum cum ea. Et haeredes, et
possessores bonorum, et qui ad restitutionem dotium tenentur,
cogantur ad alimenta praestanda mulieribus, donec de
dotibus sibi fuerit integre satisfactum.

De diuisione rerum communium. Rub.ca

LIBRO II XL

Decernimus statuentes, quod si quis habet aliquid commune cum aliquo, quod alter eorum noluerit diuidere, uel sortiri, quod Potestas, et Iudex cogant illum talem, qui commune habet ad petitionem petentis ad faciendum de ipsa re diuisionem ad poenam 50 lib. rauen. saluo de ipsis rebus, quae indiuisibiles essent per pactum, uel alia iusta causa: Et Potestas, et et Iudices procedant in praedictis summarie, sine porrectione libelli, strepitu, et figura iudicij, iuris solemnitate omissa, diebus feriatis non obstantibus.

De denunciation. fienda — LIBRO II Rub.ca XLI

Statuimus delibrand. qd si quis denunciauerit aliquē causa alicuius debiti, uel alicuius praecepti facti, et non obseruati, possit denuncia renunciar. usq. ad sentiam, et post sententiā infra quintā diem a die condemnationis; dummodo instrum post d.ta quinq. dies inducatur corā D. Cap.o qui ipsā condemnationem cancellari, et aboleri facere teneat. Hoc additur. qd si debitor satisfecerit, condemnari nō possit d. praec. pro spreco, et si talis cond. fieret, nō ualeat, et ipso iure sit nulla.

Quod condemnatus pro debito satisfaciens creditori soluat Communi quintam partem tantum. — LIBRO II Rub.ca XLII

Ordinamus, qd quicumq. est, uel fuerit condemnatus, uel in futurum condemnabitur pro aliquo debito pecuniario, et satisfecerit creditori suo, uel erit in concordia cum eo, qd soluendo quintā partem condemnationis praed.a Camerarius Cōis debeat cancellari, et plus soluere nullatenus teneatur.

De iure reddendo Clericis, et ecclesiasticis personis. — LIBRO III Rub.ca XLIII

Prouidimus statuentes, qd Clericis, et ecclesiasticis personis Ciuit. Eug.a tam in agendo, quam in defendendo illud ius fiat in ciuilibus causis, qd fit, et fieri debet Eug.a in foro ecclesiastico, et non aliter. In criminalibus uero laici offendentes clericos puniantur eo modo, forma, et poena, qua D. Episcopus

clericos

clericos delinquentes in laicos, non obstante aliquo capitu-
lo, uel statuto supra, uel infra posito.

De exequutione laudorum, et arbitriorum. Rub.ca LIBRO II XLIV

Statuendo prouidimus, quod omnia lauda, et arbitria mandentur
exequutioni per officiales Cōis Lug.ii quemadmodum mandan-
tur alia instrumenta publica exequutioni secundum formam Nouae
2 Legis, et non possint aliquae exceptiones opponi, nisi illae,
3 quae continentur in Lege Noua, excepto, quod si illud laudum
esset petitum reduci ad arbitrium boni uiri infra decem di-
es, pendente illa petitione, et donec terminetur, non possit,
nec debeat exequutioni mandari per illos officiales, nō ob-
stante aliquo statuto in contrarium loquente; dummodo il-
le, qui petit dictum laudum reduci ad arbitrium boni uiri
continuo tempore condecenti procedat in causa, alias exe-
quutioni mandetur, ut superius est expressum.

De praescriptione quindecim annorum opponenda actori. Rub.ca LIBRO II XLV

Statuimus, quod si quis habuit, uel possedit rem aliquam per se, uel su-
os auctores, uel auctores auctorum per tempus 15 annorum, uel plu-
annorum iusto titulo, et de ea re fuerit sibi mota lis uel quae-
stio in Curia Cōis Lugubij, uel mota sit, uel in posterum moue-
bitur, quod talis mouens ab aliquo officiali Communis Lug.ii
non audiatur. Et hoc locum habeat in praeteritis, penden-
2 tibus, et futuris. Et hoc non praeiudicet minoribus 25 an-
norum

norum, nec in rebus dotalibus, uel obligatis pro dote.

3 Hoc addito, quod ad petitionem cuiuscumque petentis, cuius interest, Iudex Cõis, coram quo contra talem residentem aliquid peteretur, statim hoc probato, se non esse in dicta causa iudicem pronunciare debeat ad penam centũ lib. rau. et si quid fecerit super ipsa causa, sit irritum, et inane, et non ualeat ipso iure.

LIBRO II Rubrica XLVI

De exceptione datij non soluti.

Statuimus, et ordinamus, quod si quis habitauerit in Ciuitate Eug. comitatu, uel districtu per tempus unius anni, uel plus, et non soluerit datia, et collectas impositas per Cõe Eug. eo tempore, quo pro non soluens habitauerit in Ciuitate, uel comitatu predicto non audiatur in aliquo suo iure, nec in aliqua causa ciuili, nisi soluat datium supradictum. et esse possit impune offendi, nec possit per aliquem officialem Cõis Eugubij inquiri de aliqua offensa commina in personam eius, uel aliquo modo condemnari, si tempore offensa commina in eum erat non soluens. Exceptio autem datij non soluti in quacumque causa, et quocumque modo possit opponi, et opposita probetur hoc modo tantum, videlicet quod si is contra quem opponitur, uel caput familiæ sua uiuat, siue decesserit, reperiatur scriptus in apparatu, siue libro astimi Cõis Eug. debeat per opponentem ostendi, ipsum uel caput pro eum esse positũ et scriptũ inter non soluentes datia Communis pro. Quo facto habeatur dicta exceptio pro probata, et si nihil de habitatione, et da-

tiorum

tior imposition. hoc casu probauerit. Si uero ille, contra quem exceptio prad. opponitur, non sit scriptus in libro aestimi suprad. nec caput eius familiæ, præsumatur datia non soluisse, et dicta exceptio sit eo ipso probata, si probauerit habitationem prædictam. Nec possit dicta exceptio probari per confessionem partis aduersæ in criminalibus causis. Saluo quod non possit in dictum, uel dictos datia non soluentes aliquod malum impune committi, cuius poena simpla, et originalis sit 25 lib. raui. uel ab inde supra. sed in d. casu possit contra malefactorem de maleficio inquiri, et procedi, et et condemnari non obstante exceptione prad.a Si quis aute exceptionem prads. in causa ciuili proposuerit, et non probauerit per modum supradictum infra quinque dies, postquam proposuerit eam, die, qua proponitur, non computata, uel infra pauciores dies, iudicis causæ arbitrio, si eidem uidebitur moderanda, auferat sibi de facto, sine strepitu, et figura iudicij Iudex causæ 40 solid. raui. quos solui faciat camera Cois Eug.ii et in causa procedat, ut iuris fuerit, opponentem in expensis legitimis alteri parti condemnans. In criminalibus uero causis proponatur, et probetur infra tempus defensionis exceptio suprada. Et Cap. populi, qui pro tempore erit, et qui est, teneatur, et debeat uinculo iuramenti facere scribere uni ex notarijs suis in pecudinis, seu membranis omnes, et singulos non soluentes datia, seu datium unum, uel plura imposita per Commune Eugubij tempore sui regiminis, et assignare ipsos non soluentes Dnis Confalonerio, et Consulibus sub poena centum

librarum

libras ram. sibi auferen per Syndicum Cõis Lug.ᵉ et de hoc debeat specialiter sindicari: et pro omnia teneatur, et debeat iurare Cap.ᵒ prad. Et qd notarius Cap.ᵒⁱ qui pro tempore fuerit, teneatur uinculo iuramenti scribere in libro, seu libris actor. suor. omnia bannimenta datior. suo tempore fienda; et notarius reformationū scribere debi-at omnes impositas datior. sub poena prædicta.

Addito, quod si probata fuerit dicta exceptio contra aliquē in causa, Dñus Potestas auferat de facto a tali, contra quem dicta exceptio probata fuerit, 40 solid. ramen.

De Aduocato, et procuratore dando petentibus. Rub.ᶜᵃ

LIBRO II XLVII

Statuimus, et ordinamus, qd ad hoc ut unusquisq. melius inueniat Aduocatum, et prōrem, qd Potestas, et Cap.ᵒ et cæteri officia-les Communis Lug.ᵉ teneantur, et debeant satisfieri facere unicuiq. Aduocato, et prōri de eor. salario secundum quod eis, uel eor. alteri uidebitur conuenire, habita consideratio-ne causa, et facultatis Aduocati, et prōris. et hoc faciant sine strepitu, et figura iudicij, diebus feriatis nō obstantib.

2 Et qd nullus sit audax offendere aliquem aduocatum, uel procuratorem occasione aduocationis, uel procurationis: et si quis contrafecerit poenam duplam debeat soluere, et qd sit offensus occasione prad.ᵃ sufficiat fama publica, dummo-do maleficium probetur secundum formā statuti dictæ Ci-uitatis, et iuris.

3 Hoc addito, qd D. Potestas. et Cap.ᵒ et quilibet eor. teneantur, et

et debeant darẽ Aduocatum, seu Aduocatos cuilibet petenti, et ipsum, uel ipsos cogerẽ realiter, et personaliter ad di-
4 ctam aduocationem faciendam: Nisi aduocatus haberet iustam causam, quæ utrum sit iusta, uel non remaneat in prouidentia D. Potestatis, uel Capĩ et idem seruetur in procuratorẽ, uel procuratoribus.

Quod maiores 14 annorum, et mulieres possint esse in iudicis criminali sinẽ consensu patris, et curatoris, uel mariti. Rub.ca LIBRO II XLVIII

Prouidimus statuentes, quod maiores quatuordecim annis possint esse in iudicio in criminalibus causis, etiam si sint in potestatẽ patris, uel etiam curatoris; et idem intelligatur in mulieribus maritatis, non obstantẽ, quod non intercedat patris, uel cura-
2 toris, uel maritorum consensus. Dum tamen nulla mulier maritata possit aliquem accusarẽ sinẽ consensu mariti.
3 Dicimus etiam quo ad mulieres non obstarẽ quod mulieres non possint testimonium facerẽ in causis criminalibus, si aliud non obsistat.

De decimis soluendis in causis ciuilibus. Rub.ca LIBRO II XLVIIII

Ordinamus, quod in diffinitiuis sententijs condemnatorijs, et in pronunciationibus tenutarum, et in sacramentis deferendis actori a reo, uel e contra solui debeant decimæ cameræ Communis Eugubij per actorem, uidelicet denarios 12 pro qualibet
2 libra pecuniæ, uel æstimationis rei, quæ petita fuerit: Hoc tamen

tis non intelligatur de expensis, quæ petuntur officio iudi-
cis; dummodo non possint excedere dicta decimæ in ali-
3 qua causa ultra decem lib. rauen. Quæ decimæ debeant sol-
ui ante ipsas pronunciationes: et aliter Iudices pronuncia-
re non debeant, uel sententiare, uel mandari facere per
sacramentum, uel confessionem, nisi primo habeant appo-
dixam Camerarij de solutione: et si aliter fieret non ualeat
4 ullo modo. Excepto quod in quæstionibus dotium, causis et
diuisione, et in omnibus casibus, ubi fit exequutio secun-
5 dum formam Nouæ legis, decimæ non soluantur. Et hoc
6 locum habeat tantum in ciuilibus causis. quas decimas
sufficiat semel solutas esse: et ulterius in eadem causa ap-
pellationis solui non debeant.

7 Addimus, quod quilibet Iudex in suo officio renocare debeat
8 teneatur sine decimo, et salario non obstantibus ferijs. Et
in quæstionibus dotium feriæ non obstent.

Quod non currat tempus in causa, cuius Aduocatus,
uel prior est in seruitio Communis. Rub.ca L LIBRO II

Statuimus, quod si contigerit aliquem Aduocatum, uel priorem alicu-
ius ire in seruitium Cois, et pro Commune extra Ciuitatem,
et comitatum Eug. non currat tempus clientulis dicti in ca-
usa ciuili, in qua esset Aduocatus, uel prior, et debeat expe-
ctari quinque diebus: quibus elapsis procedatur in causa, eorum
absentia non obstante. Et prædicta locum habeant, ubi pars
unum Aduocatum, uel procuratorem tantum habuerit.

Si

Si autem plures habuerit, non habeant locum prædicta, nisi omnes essent in dicto seruitio.

LIBRO II
L II

De quæstionibus uertentibus inter coniunctos. Rub.ca

Statuimus, et ordinamus, q(uo)d quando aliqua quæstio, controuersia, aut molestia, seu contentio esset inter coniunctos, q(uo)d D. Potestas, et Iudex cogant dictas partes ad eligendum proximiores consanguineos, uel coniunctos, ubi nõ sunt consanguinei, uel alios communes amicos ambabus partibus nõ suspectos: de quibus concordauerint ipsæ
2 partes, ad petitionem cuiuscumq(ue) ipsar(um). Qui dictas causas controuersias, molestias decidant, et terminent sine strepitu, et figura iudicij, et omni modo, et iure, q(ui)bus
3 melius eis uidebitur. Et Potestas, et Iudex cogant realiter et personaliter dictos consanguineos, uel coniunctos, uel amicos communes sic electos ad decidend(um), et terminan-
4 dum dictas quæstiones, controuersias, et causas. Et cogant Potestas, et Iudex realiter, et personaliter prædictos ad obseruandum ea, quæ fuerint determinata, et decisa
5 per dictos consanguineos, coniunctos, uel amicos. Et prædicta locum non habeant in illis casibus, ubi essent instra publica inter partes nõ suspecta, statuto, uel ordinamen-
6 to aliquo non obstante. Et hoc locũ habeat inter coniunctas personas, seu consanguineos usq(ue) in tertium gradum
8 inclusiue. Hoc addito, q(uo)d prædicta compromini petitio in consanguineos, coniunctos, uel amicos locum non habeat;

postq(uam)

postquam litis contestatio facta fuerit, uel datus terminus ad probandum in causa.

De quæstionibus fraternitatis S.tæ Mariæ, et quod possint Priores eius fodere lapides in monte Cõis Lug. Rub.ca LIBRO II LIV

Statuimus, et ordinamus, quod in omnibus quæstionibus mouendis per syndicum, uel Priorem fraternitatis S. Mariæ Virginis de Lug.o nõie ipsius fraternitatis procedatur per officialem Cõis Lug.s summarie, et de plano, sine strepitu, et figura iudicij: et quod licitum sit dictis prioribus dictæ fraternitatis fodi facere in monte dicti Communis, ubicumque uoluerint, lapides pro domo dictæ fraternitatis fienda, non obstante aliqua concessione facta de dictis montibus, uel fienda.

Quod comitatinti facientes custodiam in Ciuitate non possint cogi pro debito. Rub.ca LIBRO II LVI

Statuimus, et ordinamus, quod custodes de comitatu, qui ueniunt ad custodiam Ciuitatis, et faciunt, siue facient dictam custodiam per se, tam in eundo, quam in redeundo, et stando pro p.ta custodia Potas, et eius officiales, seu aliquis officialis Cõis Lug.s non cogant, nec cogere debeant, seu possint pro aliquo debito, donec faciunt, et sunt ad dictam custodiam, aliquo capitulo supra, uel infra posito non obstante, et specialiter capitulo Nouæ legis.

Quod

Quod refirmatio rei emphitioticae non praeiudicet creditoribus. Rub.ca

LIBRO II LVII

Cum multi Civitatis, et comitatus Lug.ii aliunde aufugiant cum pecunia aliena, et suos creditores fraudent, Statuimus, et ordinamus, et pro evidenti utilitate providimus, qd quicumq conditionis existat, vendiderit, seu donaverit, vel quocumq modo, seu titulo in alium transtulerit aliquam rem emphitioticā obligatā alicui, vel aliquibus pro dote, vel quocumque alio debito, et ille talis emptor, sive recipiens aliquo praedictorum modorum, seu titulorum eam rem refirmaverit, seu concessionem dictae rei receperit ab eo, vel illis, cuius vel quorum proprietas dictae rei emphitioticae esset; qd talis confirmatio, et concessio nō praeiudicet, nec praeiudicare possit in totū, vel in partem illi vel illis, cui vel quibus dicta res emphitiotica esset obligata: imo sit ipso iure nulla, et nullius valoris, seu
2 efficaciae. Et quicumque talem refirmationem, seu concessionem produxerit, vel allegaverit in iudicio, vel extra iudicium, ipso iure cadat a dominio ipsius rei,
3 seu a iure, qd habebat in ipsa re: et nihilominus condemnetur per Potestatem, vel Cap.m in quinq lib. raud summarie, et de plano sine strepitu, et figura iudicii, et de facto, et sit infamis, et propterea non possit habere of-
4 ficium, vel beneficium a Coe Lug.ii Et quicumque diceret, vel allegaret quocumq modo, vel causa, qd pns statutū non valeat, condemnetur per Potestatem in quinq lib. raud.

et

et sit infamis, et non audiatur in aliquo suo iure in per.
5 petuum. Et nullus officialis Cõis Eug.ii contra p̄ta, uel
aliquod prædictorum faciat, seu aliquem prædictorum audi.
at, uel admittat ad poenā 200 lib. raun. per Cap.m po.
puli, uel syndicum Cõis auferend. et ipso iure priu.
6 nõ obstante aliquo cap.o supra, uel infra posito. Et te.
neatur Potestas, uel Iudex ad petitionem creditorum ipsos
ponere, et mittere in tenutam, et possessionem rerum, et
possessionum debitorum pro debitis, de quibus apparebunt
publica instr.a absque aliquo decimo, uel salario Com.
7 muni Eug.ii persoluendo: et omnes res, et possessiones di.
ctorum debitorum præsentis iuris a debitoribus acquisiti, et
refirmatione emphiteotæ, qui receperit, ab omni tenu.
8 ta, et possessione de facto amoueatur. Et quicumq allega.
ret, aliquam refirmationem fore factā ab aliquo proprie.
tario, non habeatur pro titulo, nec detur fides tali re.
firmationi, nisi appareat talem proprietarium in posses.
sione, uel quasi esse, et ante refirmationē ius habere in
possessione, aliter nullatenus uires habeat refirmatio su.
prad.a et qui tali refirmatione uteretur, condemnetur
in decem libras rauennatenses.
9 Hoc addito, quod Dñi Confalonerius, et Consules, qui erunt de
mense Iunij proxime uenturi teneantur, et debeant mittere
Florentiam, et facere, et curare taliter cum effectu, quod
habeant ordinamenta, seu statuta contra scansantes, et
fugitiuos; et habitis dictis ordinamentis, et statutis pro.
uideant per se, et alios, quos uoluerint, habere contra
debitores

62b65v

64v

debitores, et maxime mercatores, et artifices fugientes cum pecunia aliena; et quicquid factum, et deliberatu fuerit per eos valeat, et teneat, et habeatur pro statuto Communis, et Populi Civitatis Eugubij.

De cenione bonorum. Rub.ca LIBRO II LVIII

Providimus statuentes, q(uo)d ordinamenta Co(mun)is Eug.ii scripta manu ser Leonardi q. Petrioli olim notarij reformationu Civitatis Eug.ii 1332 de mense Junij, quae loquuntur de cenione bonor(um) fienda per debitorem, et in quantum loquuntur de dicta materia, et forma cenionis sint rata, et firma auctoritate praesentis statuti, cum hac additione, videlicet
2 Quod quicumq(ue) cedet bonis in futuru secundum forma praescriptor(um) statutor(um) scriptor(um) manu dicti ser Leonardi, non possit habere aliq(uo)d officium a Co(mun)e Eug.ii et facta dicta cenione, non possit stare, nec morari in Civitate, vel comitatu Eug.ii
3 nisi die cenionis, et sequenti; et si repertus fuerit postea in civitate, vel comitatu praedicti possit capi, et detineri ad petitionem creditoris in burellis Eug.ii sicut prius, non obstante
4 cenione praedicta. Si tamen satisfecerit creditoribus suis, vel fuerit in concordia cum eis, non privetur, nec privatus sit propterea officijs Communis, nisi tantum per decem annos
5 computandos a die cenionis p(raedic)ta. contra petentem vero se admitti ad beneficium cenionis non possit opponi exceptio datij non soluti.

De commissione rogitorum notariorum defunctorum, quibus, et qualiter committi debeat. Rub.ca

LIBRO II
LVIIII

Statuimus, quod quilibet notarius Ciuitatis Lug.ae et eius districtus teneatur, et debeat intitulare omnes, et singulos quaternos, ubi scribit contractus, siue rogita sua in principio quaternorum, et ponere annum Dni, et alias publicationes in principio ponendas, et in fine cuiuslibet quaterni ponere subscriptionem, seu publicationem nominis sui, et signi.

2 Et si quis petierit contractus siue rogita alicuius notarij mortui in publicam formam redigi, Potestas ipsos contractus, et prothocolla coram se deferri faciat, et si defunctus notarius in sua ultima uoluntate alicui commiserit, committantur electo:

3 si uero notarius mortuus aliquem non elegerit, committatur illi, cui haeredes, si habet, alias proximiores consanguinei uoluerint, et fiat dicta commissio publice in generali consilio.

4 Si uero prothocolla, quae committerentur non essent authenticata, Potestas illa coram se deferri faciat, et ex eis examinationem faciat cum bonis notarijs Lug.nis et expertis, et ipsa examinatione facta, si inuenerit a praed. notarijs dicta rogita debere publicatione gaudere, ipsa committere debeat Potestas exemplanda, et in publicam formam redigenda;

5 postea exemplari, et in publicam formam redigi possint, et restitui eis, quorum interest recepta competenti mercede, uel praetio per eum, cui commissa fuerint.

6 Et teneatur Potestas primo mense sui regiminis banniri facere, Quod quicumque habet

Crauett. lib. 2. cons. 216. Rondad. lib. 1. cons. 66. n. 56. Menoch. de praesum. lib. 5. 20. n. 16. Barza dec. 211. n. 20. et seqq. Surd. cons. 432. n. 1. et seq. Marsi. dec. 34. n. 9. vel par. 18. dec. 109 par. 19. dec. 95. et dec. 316. par. 4. [?] 3. dec. 610 par. 2. dec. 385.

habeat prothocolla, seu rogita, quæ commissa non sint, co-
7 ram eo debeat comparere: Et si quis habens ea non præ-
sentauerit in termino bannimenti, condemnetur per Pote-
8 statem in centum sol. rau. Addimus etiam, quod prothocolla
notarij mortui esse debeant penes notarium, cui commissa
sunt, uel fuerint, et non penes alium.

Additio facta statuto præd.

ADDIZIO XI
CARTA 103R (nuova num.)

9

Statuto de commissione rogitorum notariorum defunctorum addentes or-
dinamus, quod D. Potestas Ciuitatis Eugubij primo mense sui
regiminis banniri faciat per Ciuitatem Eugubij, quod qui-
cumque habens rogita notariorum defunctorum tam commissa, quam
ea, de quibus nulla sit facta commissio, teneatur, et debeat
ipsa rogita, et prothocolla coram ipso D. Potestate infra 15
dies a die bannimenti præd. deferre, et præsentare: et qui
contrafecerit, condemnetur per dictum D. Potestatem in lib.
25 rau. pro quolibet, et qualibet uice, qua fuerit contrafa-
ctum. Et de dictis rogitis, seu prothocollis fiat commissio se-
10 cundum formam dicti statuti. De quibus tamen rogitis seu
prothocollorum libris fieri uolumus tunc inuentarium, et
per cancellarium Communis Eug. de libris præd. fiat regi-
strum in quodam libro per se, quibus personis fiant com-
missiones, de quibus libris, et cuius notarij, et quot quaterno-
rum, et cartarum sint dicti libri, et quot cartæ sint scriptæ, et
quot non scriptæ. Quæ omnia per ordinem per dictum can-
11 cellarium annotentur. Additio huic capitulo, quod si quis
diceret

diceret dictam commisionem sibi factam de rogitis, seu prothocollis alicuius notarij mortui, quod non requiratur necessario aliam commisionem fieri, si de dicta commisione appareat legitime per publicum instrumentum, teneatur tamen dictus notarius non obstante dicta commisione ad confectio-
12 nem inuentarij supradicti. Quod inuentorium semper fiat cum expressione nominis, et pronominis notarij, cui est, uel
13 fuerit facta dictorum rogitorum, seu prothocollorum commissio: Et ad hoc ut predicta melius, et salubrius obseruentur, Statuimus, et ordinamus, quod d. D. Potestas cogat, seu cogi faciat notarios Ciuitatis predicte ad eligendum Capitaneos artis notariæ sufficientes, et idoneos, qui sint ætatis saltem 30 annorum Et cogantur per dictum Potestatem ad acceptandum dictum officium exercendum: et quod dicti Capitanei cum duobus expertis notarijs
14 electi fuerint teneantur facere, et renouare matriculam artis eorum, et scribere, et annotare omnia nomina notariorum, qui sint, et esse intelligantur de matricula dictæ artis.
15 Et quod nullus 20 annorum minor poni, uel debeat scribi in dicta matricula. ad cuius ætatis probationem sufficiat pronunciatio Potestatis facta, antequam in dicta matricula
16 describatur. Et quod nullus scribi debeat, uel poni in dicta matricula, nisi primo fuerit approbatus per Capitaneos predictos et duos notarios consiliarios dictæ artis de quolibet Quarterio eligendos, et hoc in principio cuiuslibet officij capita-
17 nei. Qui consiliarij primo iurent dictam examinationem bene, et legaliter facere, et non pati, quod aliquis inhabilis,

uel

uel insufficiens in dicta matricula describatur; et in descri-
ptione cuiuslibet notarij in matricula describendi ponant
nomina capitaneorum, et consiliariorum, per quos fuerit appro-
18 batus. Qua omnia dictus Potestas in principio sui regi-
19 minis banniri faciat per Civitatem Eug. Et quod nullus, qui
non fuerit scriptus in dicta matricula post tres menses a die
initij proximi futuri Potestatis incoandum, possit eligi ad
aliquod officium notariatus Civitatis, comitatus, uel di-
strictus Eug. uel ipsum notariatus officium exercere poena
25 lib. rav. pro quolibet, et qualibet uice, qua contrafa-
20 ctum fuerit: Et instrumenta, et scriptura per ipsos confecta nul-
lam fidem faciant, nec eis ulla fides per aliquem officialem
Communis Eug. possit, uel debeat quomodolibet adhiberi.
21 Statutum uero, quod loquitur de uocatione notariorum tam
bancorum, quam aliorum officiorum notariorum a dicto statuto indu-
cta reducatur, et reduci uolumus ad tempus duorum annorum
statuto, uel ordinamento aliquo in contrarium loquentibus
non obstantibus.

Quod instrumenta confecta per non subiectos non faciant fidem. Rubrica LIBRO II LX

Statuimus, et ordinamus, quod nullus, qui non soluit datia, et colle-
ctas Communis Eugubij, et alias non faciat factiones rea-
les, et personales in Civitate Eug. uel comitatu, qui non
sit subiectus iurisdictioni Communis Eugubij, possit conficere
aliquod instrumentum, uel aliam publicam scripturam.

Quod

Quod si fecerit, non ualeat, nec faciat fidem: et prædi-cta locum habeant quo ad subiectos in illis tantum, qui moram trahunt in Ciuitat. Eugubij, uel eius comitatu: Et prædicta Potestas public. bannir. facer. teneatur. Et prædicta locum non habeant in officialibus forensibus Communis Eugubij, nec in notarijs Dni Episcopi Eugubini.

CARTA 102 V
(Nuova num.)
ADDICTIO VII

Additio, et correctio facta super omnibus statutis, et ordinamentis Co͞is Lug.ᵃ loquentibus, Infra quantum tempus causæ debeant terminari.

Ut finis litibus imponatur, et parcatur hominum laboribus, et expensis, Statuimus, et ordinamus, quod quælibet causa ciuilis finiatur, et terminetur infra tempus quatuor mensium a die primi termini dati ad probandum in causa in-
2 cohan. Et quod iudices Potestatis, et quilibet alius iudex Ciuitatis, comitatus, et districtus Lug.ᵃ ad primas causas ciuiles deputatus, siue deputati teneantur, et debeant uinculo iuramenti ad poenam 25 lib. uice qualibet fuerit contrafactum, ipsas causas ciuiles finire, et terminare infra tempus supradictum. de quo tempore eorum sindicatus debeant specialiter sindicari, eorumque sententias uolumus reuideri, prout de actibus criminalibus est expressum: et prædicta
3 intelligantur actore, uel reo assistentibus. Si uero aliqua causa deuenerit ad examen successoris, uel alterius iudicis, coram quo non fuerit initiatum iudicium dictæ causæ successor ipse habeat tempus, quod supererat prædecessori, et ultra dictum tempus habeat duos menses ad expediendum
4 causam prædictam. In causis uero præsentibus, et pendentibus Iudex, qui de eis cognitionem habebit, ipsas expedire, et terminare debeat infra tres menses a die, qua petitum fuerit
5 per actorem, uel reum ad supradictas poenam. Et si steterit per actorem, quod causa non finiatur infra terminum supradictum, statim dicto termino elapso sit, et esse intelligatur

gatur ipso iure perempta instantia ipsius causae, non ta-
6 men ipsa causa, seu negotium principale: Non tamen ipse
actor ponit inchoare nouum iudicium, seu instantiam
ipsius causae, nisi primo reo refecerit expensas legitimas,
quas reus fecerit in dicta causa instantiae iam perempta.
quae expensae debeant taxari per Iudicem, coram quo
7 actor uoluerit reinchoare ad petitionem : et di-
cta taxatione facta, ut noua procedat instantia, uel iu-
dicium sufficiat ipsarum expensarum depositio, uel consigna-
tio penes eum, quem Iudex declarauerit reo p(raese)nte, uel ci-
tato, quod ueniat ad uidendum depositionem, uel consigna-
tionem praedictas. quas expensas Iudex causae faciat refici,
et restitui ad petitionem petentis.

8

Vt finis litibus imponatur, et parcatur hominum laboribus, et
expensis, et ne lites per longum sint immortales, Statuerunt,
et ordinauerunt, decreuerunt, et correxerunt, et reforma-
uerunt, quod qualibet causa ciuilis finiatur, et terminetur
infra tempus quatuor mensium a die primi termini dati
9 ad probandum in causa incohandorum: et quilibet Iudex, uel
officialis Ciuitatis, comitatus, et districtus Eug.ii ad primas
causas deputatus, uel deputati, uel qui pro tempore erunt,
teneantur, et debeant, et quilibet ipsorum uinculo iuramenti
ad poenam 50 lib. den. raui. quarum medietas ipso facto,
et sine aliqua dilatione applicetur Coi Eug.ii alia medie-
tas sic partis petentis sententiam fieri, uice qualibet,
qua contrafactum fuerit, ipsas causas ciuiles finire, et
terminare

terminaru(m) infra tempus p(re)fixum. de quo cor(um), et cuiuslibet
eorum tempor(um) sindicatus debeant specialiter sindicari, et
processus, et sententias ex his reuideri uolumus, et prout d(ictu)m
10 actibus criminalibus est expressum: Et p(raedic)ta intelligant(ur)
actor(um), uel reo existente in causa, id est, siue instet actor
11 siue reus solus, seu ambo petant causæ expeditionem. Et
sufficiat semel Iudici, uel officiali facta protestatio apud
acta, uel aliter per publicum instrumentum.

12 Si uero aliqua causa ciuilis deuenerit ad examen successo„
ris, uel alterius Iudicis, coram quo non fuerit initiatum
iudicium causæ, successor ipse uel Iudex habeat tempus,
q(uo)d supererat prædecessori d(ict)is dictis quatuor mensibus, et ul„
tra dictum tempus habeat duos menses ad expediend(um) cau„
sam p(raedic)tas. quam si non expedierit infra dictu(m) tempus in„
currat ut supra poenam prædictam applicandam ut s(upr)a.

13 In causis uero p(rae)sentibus, et pendentibus teneatur, qui de eis
cognitionem habebit, ipsas causas expedire infra tres men„
ses, et quamlibet ipsar(um) a die, quo petitum fuerit per acto„
rem solum, et reum solum, seu ambos ad suprad(ic)tas poenam.
14 Et p(raedic)ta omnia locum habeant, si acta dictæ causæ, quæ
peteretur expediri fuerint Iudici dictæ causæ per 12 di„
es ante lapsum dicti termini per aliqua(m) partium in publi„
15 cam formam præsentata: Et si steterit per actorem, quod
causa non finiatur infra supradictum terminu(m), statim di„
cto termino elapso, infra quem causa debeat expediri, ut
supra, sit, et esse intelligatur ipso iure perempta instantia
ipsius causæ, non tamen ipsa causa, seu negocium princi„
pale

16 palā: et non possit actor reincohare novum iudicium,
seu instantiam ipsius causæ, nisi primo reo reficiat
expensas legitimas, quas reus fecerit in dicta causa
17 instantiæ iam peremptæ, quæ expensæ debeant taxari
per Iudicem, coram quo actor voluerit iudicium incoha=
re, seu aliter alibi, ubi legitime reus ipsas petierit,
etiamsi actor novum iudicium non incohaverit.
18 Et facta taxatione, ut nova instantia possit procedere,
vel iudicium, sufficiat ipsarum expensarum depositio, vel
consignatio facta penes eum, quem Iudex declaraverit
reo presenti, vel citato, qui veniat ad videndum depositio=
nem, vel consignationem prædictam. cum eas petierit
sibi dari, vel si præsens sit reus, tunc ipsi persolui de=
beant, et ipsas expensas faciat Iudex restitui, et refi=
ci ad petitionem petentis, cuius interest, aliter actor
19 non audiatur, nec valeat, quod fecerit. Si vero steterit
per reum, et actor protestatus fuerit, ut supra causam
expediri, teneatur Iudex ad dictam poenam applican=
dam vel s.a sententiarum ad petitionem actoris, et post
lapsum dicti termini, et valeat, et teneat sententia,
ac si instantia non esset perempta, et non obstante aliqua
20 peremptione instantiæ: incursurus Iudex ut supra dictam
poenam, si neglexerit sententiare; nihilominus poena et
ut supra dicto Iudici imposita firma manente, si quam
incurrit ex præfata sua negligentia.
21 Statuentes, ut cesset negligentia, et excusatio in prædictis. et non
possint prædicta impediri, quod quilibet notarius in prædictis
causis

causis, aut causa, uel in aliquo praedictorum teneatur dare in publicam formam acta parti petenti infra terminum decem dierum a die requisitionis et semel factae apud acta uel per publicum instrumentum pro debito salario ad poenam 25 lib. denariorum rauennatensium uice qualibet, qua contrafecerit ap-
22 plicandam ut supra. Volentes, et statuentes, quod non occasione huiusmodi salarij datio actorum retardetur, uel disceptatio salarij impediat, quod ipse notarius, et notarij teneantur, et quilibet ipsorum notariorum libere ipsa acta da-
23 re parti, et nulla salarij solutione facta; sed tunc, et instanti, et sine protelo, aut aliqua citatione ad instantiam ipsius notarij Iudex, uel officialis quicumque requisitus teneatur, et debeat cogere, et constringi, et capi facere realiter, et personaliter, et utramque executionem facere de facto, et ipsam partem omni modo constringere usque ad integram satisfactionem salarij, et laboris debiti ipsius no-
24 tarij. Quod si Iudex, uel officialis omiserit, uel neglexerit, ipso facto incurrat, et incurrisse intelligatur poenam 20 lib. denariorum rauennatensium applicandam dicto notario uice qualibet, qua contrafecerit d. D. Iudex, uel officialis. quae poena ex nunc ipso facto intelligatur applicata, et applicetur notario cuilibet, qui dicta acta dederit, uel per ipsum notarium reddere non steterit: Et nihilominus salua sit eidem notario contra partem integra actio, et petitio
25 pro suo salario, et mercede pro ipsis actis. Declarantes, quod per unam dictarum poenarum non intelligatur alia tolli:
26 detractis de praedictis temporibus uacationibus officij Iudicis

indicare

iudicaruo habentis, et ferijs repentinis, et guerra. In quibus temporibus per iudicem causarum ius non redderetur in
27 Palatio Communis Eugubij. Alijs autem ferijs in honorem Dei, uel ob necessitatem hominum inductis ex forma statutorum Cõis Eugubij temporibus computatis, uolentes solum sententiam poni ferij temporibus nundinarum.

28 Decernentes insuper, qd per consensum partium et iuramentum uallatum, aut etiam per compromissum, uel alio quouis modo huic statuto, aut parti ipsius renunciari non possit, nisi contigerit per compromissum partium semel tantum, et non aliter, et per mensem duraturum, non obstante aliquo statuto Cõis Eug.ii loquente de compromissis certo ampliori tempore duraturis: quo mense elapso ipso facto tempus, et instantia illius causæ sit in illo statu, quo erat tempore initiati compromissi cum omnibus dispositionibus superius dictis.

29 Corrigentes statutum, ordinamentum, et reformationem loquentem de expeditione causarum ciuilium, Addiderunt, correxerunt, et reformauerunt, qd omnes causæ ciuiles finiantur, et terminentur infra tempus, et spacium sex mensium a die primi termini dati in causa ad probandum,
30 et qd in temporibus, infra quæ dictæ causæ debent expediri,
31 nõ computentur feriæ messium, et uindemiarum: In oibus autem alijs, et per oia uoluerunt dictum statutum, et reformationem ultimo loco factam super expeditione dictarum causarum ciuilium firmam, et ratam esse, et remanere, ac obseruari: et prædicta locum habeant in pendentibus, et futuris.

Additio

Additio, et correctio legis Vbaldinæ, et aliorum sta-
tutorum, et ordinamentorum de Citationibus, et Po-
sitionibus loquentium sub Rub.ca viij.

ADDICTIO VIII
CARTA 102V
(nuova numerazione)

Addentes, et corrigentes legem Vbaldinam statuendo firma-
mus, quod pro positionibus in causa examinatis
primo per Iudicem particulariter, et declaratis, quibus
2 positionibus debeat responderi, si pars erit præsens, aut
citata fuerit personaliter, uel monita a Iudice, statuat
sibi terminus ad respondendum positionibus, quibus Iu-
3 dex deberi responderi declarauit, trium dierum: Et si
contumax fuerit in respondendo, ipso iure habeantur
4 pro confessatis. Vbi uero pars non fuerit præsens, aut non
fuerit personaliter citata, uel monita a Iudice, Iudex
statuat eumdem terminum procuratori suo, si fuerit præsens,
ad faciendum responderi principalem positionibus
5 propositis: Et si fuerit contumax in respondendo, tunc detur
dicto tenuta de bonis conuenti pro quantitate petita, uel
eius æstimatione, si actor fuerit porrigens; si uero reus ex-
hibuerit ipsas positiones, mittatur in possessionem dictus
reus de bonis actoris pro tanta quantitate, quanta fue-
rit quantitas petita per actorem, uel eius æstimatio, et
6 expensis. Pro absente uero a Ciuitate, comitatu, et vel di-
strictu Eugubij tempore productionis dictarum positionum
possit per procuratorem dictis positionibus responderi, habita
prius fide per iuramentum procuratoris de absentia prædicta. Et quod
malitiose se non absentauerit præsentis; Et aliter, et alio
modo

7 modo procurator positionibus non possit respondere: Et a declaratione, vel pronunciatione prædictis, termini datione, vel monitione non possit per aliquem appellari, vel recursus haberi, aut peti, seu exgravari consilio sapientis. Quas appellationes Iudex ad quem debeat reijcere poena 25 lib. rav. si contrafecerit.

8 Insuper d. l. Vbaldinam declarantes volumus statuentes, quod ubicumque in ipsa lege Vbaldina, et etiam in alijs statutis, et ordinamentis Communis in civilibus causis disponentibus de citatione fit mentio, sufficiat si pars conventa, vel citanda fuerit præsens, et eius præsentia assistente nulla citatio requiratur.

9 Præsenti cap. duximus statuendum, quod tam inter consanguineos, et affines, quam inter alias quascumque personas causæ, lites, quæstiones, et controversiæ debeant compromitti iussu D. Potestatis, vel Iudicis coram quo erit lis,
10 vel causa, vel controversia, vel quæstio. Et intelligatur esse lis, vel quæstio, aut controversia per porrectionem libelli, vel aliqualis petitionis etiam ineptæ formatæ, et
11 per unicam citationem. Et quilibet Iudex causarum civilium Cōis Eugubij aditus super prædictis teneatur, et debeat super præd. causis in procedendo, et pronunciando infrascriptum modum, et ordinem observare videlicet Quod statim producto libello, vel aliquali petitione etiam inepta super quo, sine qua dictum compromissum debeat fieri; Potestas et Iudex teneatur, et debeat ad instantiam actoris citari facere per publicum baiulum Cōis Eugubij

personaliter

personaliter, uel ad domum suæ solitæ habitationis reū
conuentum ad recipiendum terminum d.º recipiendo co-
piam libelli, seu petitionis, ad opponendum contra: Et
ipso reo existente contumaci ad p̄ta, tunc Iudex causæ ter-
minum trium dierum ad opponend. contra petitionem datam
in absentia dicto reo assignare teneatur, et sibi notificari
12 facere: Et si per reum conuentū nihil opponatur, d. Iu-
dex ad comprominum faciendum procedere teneatur, et
debeat secundum formam inferius traditam.

13 Si uero reus per se, uel alium legitime comparuerit, tunc
Potestas p̄tus, uel Iudex teneatur, et debeat eidem assi-
gnare terminum trium dierum ad accipiendum copiam li-
14 belli præd. siue petitionis, et opponendum contra, infra quē
terminū si dictus reus exceptionem dilatoriam, uel declina-
toriam, uel aliquam exceptionem peremptoriam in p̄nti sta-
tuto permissam opposuerit, ipsas exceptiones probare tene-
tur, et debeat infra tres dies proxime sequentes a die ob-
15 iectionis ipsarum exceptionū. Super quibus exceptionibus d. Po-
testas, siue Iudex infra duos dies proxime sequentes post
dictos tres dies proxime sequentes teneatur, ut iuris fue-
16 rit, pronunciare, et denique in causa procedere ad ipsum
comprominum faciendum, si per ipsum Iudicem huiusmo-
di exceptiones reiectæ fuerint.

17 Si uero reus præd. nihil opposuerit, tunc d. Potas, siue Iu-
dex elapsis dictis tribus diebus eidem assignatis ad accipi-
endum copiam dictæ petitionis, siue libelli, et opponere
contra, teneat., et debeat infra duos dies proxime sequen-
tes

tes post dictos tres dies, ut iuris fuerit, ad petitionem acto-
ris pronunciare, et in causa procedere ad compromissum
faciendum secundum formam inferius declarandam.

18 Possit tamen ad impediendum compromissum opponi per utramque
partem in termino, ut supra assignato ad opponendum contra dictum
libellum exceptio rei iudicatæ, exceptio præscriptionis
perminæ secundum formam statuti Civitatis Lug.e exce-
ptio solutionis, et satisfactionis probandæ per publicum
19 instrum: et exceptio litis pendentiæ tantum. quas exce-
ptiones opponens debeat probare infra terminum trium
dierum ut supra a die productionis, vel obiectionis ipsarum
exceptionum: Et si non probaverit, Iudex infra duos dies
proximos sequentes ad compromissum procedat secundum
formam inferius traditam, non obstante aliqua ineptitudine
petitionis, sive libelli.

20 Et ad hoc ne sub generalitate libelli reus decipiatur, Volu-
mus, et ordinamus, quod ad petitionem ipsius rei actor tene-
atur, et debeat in eodem die declarare ipsum, et causam
omnium deductorum in suo libello, seu petitione coram Iudice
producto: Per quam declarationem constare, et declarare
possit per Iudicem causæ, dictas exceptiones obstare, vel
21 non, prout iuris fuerit. Super quibus omnibus, et singulis
exceptionibus prædictis Iudex teneatur, et debeat pronunci-
are, et per suam sententiam diffinire.

22 Si viderit Iudex dictas exceptiones non fore probatas, vel quod
nihil fuerit oppositum, statim infra duos dies proximos se-
quentes post terminum datum ad probandum dictas exce-

ptiones

ptiones, uel postquā nihil fuerit oppositum, teneatur, et debeat dictus Iudex legitima mandata in causa pronunciare, si procuratores agerent, si mandata legitimanda uenirent, et compromissum in causa fieri, et esse faciendum per

23 partes, siue agatur per principales, siue procuratores. Nec possit d. Iudex dictas exceptiones, nec aliquam ipsarum partibus reseruare, sed ipsas fore, et esse per arbitros discutiendas, et declarandas, uel examinandas tamquam concernentes merita causarum, poena ipsi Iudici 50 lib. den. rauì si in praedictorum negligens fuerit, uel contrafacere praesumpserit.

24 A qua pronuncia per d. Iudicem fienda in casibus praedictis uel aliquo praedictorum per dictas partes, nec aliquā praedictarum modo aliquo directe, uel indirecte appellari non possit, neque reclamari, nec ad aliquem recursum haberi et ad superiorem supplicando, nec de nullitate dici, uel opponi:

25 et appellans, reclamans, supplicans, uel de nullitate dicens non audiatur, sed potius incidat in poenam 50 lib. den. parti contrafacienti dicto facto auferendam per Iudi-

26 cem, qui praedicta pronunciauerit. Et causa praedicta compromittatur, et compromitti debeat, siue lis, causa, quaestio, et controuersia fuerit inter ciuem, et comitatinensem, uel districtualem, uel forensem, siue inter forensem, et forensem, siue inter maiorem, et minorem 25 annis maiorem 14, minorem et foeminam maiorem 12 annis, siue cum filijsfamilias lis causa, quaestio, uel controuersia moueretur, siue et esset mota cum aliqua uniuersitate, corpore, uel collegio agente, uel defendente, et peteretur ab aliqua partium, litem, uel quaestionē

27 quaestionem, uel controuersiam compromitti: Si tamen peti-
tio compromissi fiat, uel facta fuerit infra quintam diem p.te actorẽ
a die productionis libelli, siue petitionis, siue per reum con-
uentum infra quintam diem a die primae citationis factae
28 de reo ipso conuento. Teneantur insuper dicti DD. Potte-
stas, et Iudex cogere realiter, et personaliter dictas partes
litigantes ad compromittend. dictam causã, uel quaestionem,
uel controuersiam, uel litem, quae uerteretur, iuxta formã
pronunciae factae per d. D. Iudicem, facereq. qd. litigantes
compromittant de iure, et de facto, de ueritate et aequita-
te in duos arbitros, et amicabiles compositores, et bonos ui-
ros pntes, et non absentes a Ciuitate Eug.ii et eius districtu
infra quintam diem a die pronunciae factae per Iudicem su-
per causa compromittendã poena 50 lib. den. tam dicto Iu-
dici negligenti infra dictũ tempus cogere partes ptas ad
compromittend. in forma praed. quam parti infra dictum tem-
pus ad faciendum compromissum non comparenti per se, uel
29 legitimam personã poena decem lib. den. auferend. Et nihilo-
minus post dictũ et quaestio, uel controuersia debeat peni-
tus compromitti infra alios quinque dies sub eisdem poenis
tam Iudici, quam parti ut supra.
30 Et si postquã pronunciatũ, uel declaratum fuerit, compromis-
sum fieri, pars conuenta ad dictum compromissũ faciendum
legitime monita, seu citata se absentauerit, uel latitauerit,
uel non comparuerit infra d. tempus quinque dierũ a die
huiusmodi monitionis, seu citationis factae per se, uel personã
legitimã ad ipsum compromissum faciendum, ex nunc aucto-
ritate

ritate praesentis statuti Iudex causae teneatur, et debeat ad 50 lib. den. poena ad petitionem actoris, uel personae legitime pro actore eligere pro parte conuenti arbitrum, et arbitratorem, quem idoneum crediderit, et in talem eligend. ac etiam in eligendum pro parte actoris comprominum facere, et ipsum comprominum sic per Iudicem factum nomine conuenti, ac si per ipsum conuentum factum esset, et ipse sic eligendus in omnibus habeatur, et sit, ac si per conuentum electus esset.

31 Si uero pars actoris se absentauerit, uel non comparuerit infra dictum terminum ad dictum comprominum faciend. habeat, et intelligatur fictione praesentis statuti renunciare, et liti, causae, et controuersiae, et instantiae litis, uel controuersiae: et nihilominus Iudex debeat ipsum conuentum diffinitiue absoluere, et absolutum pronunciare de omnibus, et singulis, quae in petitione continebantur poena Iudici contrafacienti 50 lib. den. de quo expresse, et specialiter debeat

32 sindicari. Et dictum comprominum fiat, et fieri debeat poenale: et in casu, quo poena non esset apposita in compromino, ipso iure poena 50 lib. den. sit, et esse intelligatur apposita, et comprominum fieri, et factum sub dicta poena intelligatur.

33 Et si dicti arbitri, et arbitratores, et amicabiles compositores sic electi teneantur, et cogantur statim eligere tertium arbitrum, et arbitratorem; cuius tertij electio, et nominatio pertineat, et spectet ad ipsos primos arbitros, et arbitratores, et

34 non ad alium. Et statim facta electione tertij, ipse tertius arbiter cogatur acceptare infra duos dies a die electionis,

et

35 et nominationis de ipsos per ipsos arbitros factæ. Ad quem
eligendum per potestatem, uel iudicem dictæ Ciuitatis Eug.
coram quo esset ipsa quæstio, ipsi arbitri cogantur realiter,
et personaliter antequam recedant de palatio: ita quod in-
fra duos dies a die compromissi in eis facti omnino debeant
ipsum tertium eligere, et compromissum in eis factum acce-
36 ptare: Nisi dicti arbitri, et arbitratores allegauerint iu-
stas causas recusandi, et renuendi dictum compromissum.
37 Et iustæ causæ intelligantur causa infirmitatis, et causa quod
ipse, uel ipsi esset, uel essent per prius electus, uel electi ar-
biter, uel arbitri, uel tertius in alia causa iuxta Iudicis tan-
38 tum. Et de huiusmodi grauaminibus inferendo tam contra dictos
duos primos arbitros, et arbitratores, quam contra tertium
arbitrum, et arbitratorem nullus officialis Comunis Eug. possit
sindicari, poena Potestati, uel Iudici dictæ Ciuitatis negligenti
39 in prædictis et quolibet eorum lib. 50 denariorum pro qualibet uice. Et
dictis arbitris, et tertio non acceptantibus, et cuilibet ipsorum
infra duos dies prædictos sit poena 25 lib. denariorum auferenda ab eis,
et quolibet eorum per Potestatem, uel Iudicem Communis Eug.
40 Et quandocumque aliqua lis, uel quæstio, uel controuersia in Cu-
ria D. Potestatis, uel Iudicis mota esset, quæ compromitte-
tur per partes litigantes ad inuicem in arbitros, arbitrato-
res, seu amicabiles compositores teneantur, et debeant dictam
causam, litem, quæstionem, seu controuersiam, de qua com-
promissum fieret cognoscere summarie, sine strepitu, et fi-
gura iudicij, prout ipsis arbitris, et arbitratoribus placuerit.
41 Et tertius recipere ad iuramentum, et ad testificandum partibus
præsentibus

pntibus, uel nō praesentib3, et partibus et testibus citatis
42 et non citatis; dum tn̄ examinatio dictorū testium fieri
ponit, et debeat per d. D. Pōtatem, uel eius Iudicem una
cum tertio arbitro, et pntibus dd. duobus primis arbi-
tris, et arbitratoribus d. examinationi interuenire uolen-
tibus, tamen ad ipsam examinationē citatis per baiu-
lum Cōis Lug.ni ad petitionē facientis examinari dictos te-
43 stes, nisi partibus placuerit, qd examinatio praedā fiat
per tertium arbitrū una cum consultore de partium con-
cordia electo ad dictorū testiū examinationē, et rece-
ptionem: Et si aliter fieret dicta receptio, et examina-
44 tio nō ualeat, nec teneat. Et ipsos testes, quos partes in-
duxerint, seu inducere uoluerint, d. D. Potestas, seu Iu-
dex ad petitionem alicuius ex dictis partibus litigantibus
teneatur compellere, et cogere pignoribus captis, et multa
in dicta poena usque ad quantitatem centum sol. denā
ad iurandum, et testificandum coram eo, uel eis.
45 Et ipsam causā, litem, uel quaestionem teneantur, et debeant
dicti arbitri, et arbitratores, et tertius infra 40 dies a
die facti compromissi exclusiue terminare, totaliter diffi-
46 nire: Et ex nunc per ipsas partes compromittentes dē re
in ipsis compromissa, et super ipsa controuersia, lite, uel
quaestione, uel causa non possit ullo modo litigium, uel cau-
sam innouari, nec inter ipsas partes ulterius litigari,
47 uel contendi, poena ipsis arbitris, et arbitratoribus quae-
stionem, litem, causam, et controuersiam in eis compromis-
sam non terminantibus diffinitiue infra 40 dies, ut di-
ctum

ctum est, decem lib. den. eis, et cuilibet ipsorum dicto facto auferend. per Potestatem, uel Iudicem, qui pro tempore fuerint
48 in d. Civitate Eug. ad instantiam cuiuscumque petentis. Et nihilominus post dictum tempus infra alios 40 dies ex tunc proximo sequuturos debeant, et teneantur ferre sententiam poena 25 librarum.

49 Nec possint dicti arbitri cognoscere de aliqua exceptione, quæ haberet retardare processum, uel quod dicatur, quod dicti arbitri, et arbitratores sint, uel fuerint electi præter,
50 et non seruata forma statuti Communis Eugubij; sed teneantur, et debeant, causam, quæstionem, litem, et controuersiam inter dictas partes adeo diffinire, quod inter dictas partes nulla lis, uel quæstio de re, uel causa, de qua appareret factum compromissum, ulterius esse non possit.

51 Nec possint tales arbitri, et arbitratores partes compromittentes ullo modo, directe, uel indirecte ab obseruatione iudicij absoluere, uel partes ipsas in pristinum statum, uel in primis terminis ponere, seu restituere, uel reseruare eis ius iterum agendi, nec aliquid aliud arbitrari laudare, facere, propter quod ipsæ partes possint per se, uel alium quoquo modo super, et de ipsa re, uel facto, de qua uel quo litigabatur, uel factum est compromissum, perpetuo litigare sub dicta poena.

52 Et quod tertius arbiter, uel arbitrator præd. electus, et dicti arbitri, seu duo ex eis possint, si uoluerint, consilium, seu colloquium habere de causa, seu causis, de quibus causis esset compromissum, cum aliquo sapiente uno, uel pluribus

pluribus expensis partium, prout eis uidebitur, et place=
53 bit. Et prad.a non uendicent sibi locum in causis, in qbus
ponet habere locum dispositio statuti legis Noua Commu=
nis Eugubij, qua in uiridi sua obseruantia remaneat,
Nec etiam ubi peteretur, quem seruari indemnem.

54 Insuper uolumus, quod contra aliquod arbitramentum, seu
laudum latum, seu dandum ex forma pntis legis per di=
ctos arbitros, et arbitratores, et tertium, seu per duos ex
eis concordes, et alio contradicente, uel absente, tamen
personaliter, uel ad domum requisito, non possit, nec de=
beat per aliquam personā aliquid allegari, opponi, dici,
uel excipi quoquo modo, nec contra ipsum laudum, uel
arbitramentū, uel arbitros, et arbitratores, et eor, uel
alicuius eor personam, uel personas possit, uel debeat
aliquis recursum habere, nec et peti reductio ad arbi=
trium boni uiri, nec ad aliquem Iudicem, uel officialem
Cois Eug.ii nec possit in integrum restitutio peti aliqua
ratione, uel causa, et si ille, qui restitutionem peteret,
dicat, se fuisse, et esse minorem, et læsum enormiter occa=
55 sione dicti laudi, et arbitramenti: Et si aliter recur=
sum quomodolibet haberet contra laudum, et arbitramen=
tum, uel contra ipsos arbitros, et arbitratores, uel in inte=
grum restitutionem peteret, et ad superiorem supplicaret,
nō ualeat, nec teneat ipso iure, qđ in contrarium factū esset,
uel fieret, et Cois iurisdictio a quolibet Iudice penitus sit
sublata.

56 Et nihilominus officialis, uel Iudex, qui contra praed.a aliquē

audiret

audiret, uel intelligeret, uel aliquid faceret, incidat in
poenam 50 lib. den. pro quolibet, et qualibet uice: in
quam poenam per sindicos, et sindicatores ad petitionem
57 cuiuscumq contrafacientis condemnetur. Et quod laudum
talium arbitror, et arbitrator, et amicabilium compositoru,
uel duor ex eis, ut dictu est, super causa, quaestione, con=
trouersia, uel lite compromissa ferendum habeatur pro sen=
tentia diffinitiua, quae transeat in rem iudicatam incon=
58 tinenti ~~incontinenti~~ ipsa lata, uel ipso lato. a qua, uel a
quo non liceat appellare, et reclamare, uel recursum ha=
bere ad aliquem Iudicem Cois Eugubij, nec ad superiorem
et supplicando, Nisi modo, et forma inferius denotatis;
sed obseruari per ipsas partes, et cum effectu exequutioni
59 mandari. Ubi uero in sentia, arbitramento, seu laudo dicti
arbitri discordarent, adeo qd uarias, siue contrarias senten=
tias ferrent simul, uel separatim, pareatur sentiae, in
qua conuenerint saltem duo ex ipsis tribus, ac eor sentia
habeatur perinde in omnibus, ac si per omnes tres in co=
cordia foret lata.

60 Prouidimus tn, quod si aliquis compromittentium diceret se
laesum ex laudo, seu arbitramento lato, ut remedium ex=
grauationis ualeat inuenire; possit, et sibi liceat non obsta=
tibus suprascriptis infra quartam diem a die sentiae ite=
rum petere fieri compromissu in duos alios arbitros, et ar=
bitratores, et tertium eligendos modo, et forma superius
declarata: et coram eis de laesione, et suo grauamine alle=
61 gare, ostendere, et probare debeat. Qui secundi arbi=
tri

tri, et tertius cogantur modo, et forma superius allegata, et declarata acceptare, et postea infra terminu 20 dier a die acceptationis laudum, seu arbitramentu in scriptis solemniter ferre debeant, prout ipsis arbitris, seu duobus

62 ex eis uidebitur conuenire. A quo laudo, et arbitramento non possit aliqua partium reclamare, contradicere, seu ad arbitrium boni uiri aliquam reductionem directe, uel indirecte petere, nec ad superiorem recurrere supplicando, uel aliter: imo debeat ipsi laudo, et ipsi parere. Et ipsum laudum, seu arbitramentum debeat executioni mandari aliquibus non obstantibus.

63 Dummodo dictae causae, lites, et quaestiones no compromittant, nec compromitti possint in d. Potestatem, seu Iudicem, qui pro tempore fuerint in dicta Ciuitate Eug. uel alios officiales ipsorum, uel alicuius eorum, uel in aliquem officialem forensem dictae Ciuitatis Eugubij, uel in aliquem ex Dnis Conf. iustitiae, et Consulibus sub nomine officij, uel et priuato noie, uel in aliquem, qui sit, uel esset de Collegio Aduocatorum, uel in aliquem, qui publice, et pro suo principali exercitio, siue arte exerceat procura in dicta Ciuitate Eug. nec aliquis ex praed. personis possit in dictis compromissis in tertium arbitrum, et arbitratorem assumi, eligi, uel euocari.

64 Causae uero, et controuersiae ab otto libris infra non debeant compromitti, nec compromissum peti possit super ipsis, nisi

65 de ambarum partium uoluntate. Et Iudex, coram quo uertetur quaestio ab otto libris infra, neminem cogat ad compromittendum, et compromissum faciendum super huiusmodi

causis

causis; sed per se ipsum tales causas diffiniat, et termi-
net summarie, simpliciter, et de plano, sine strepitu, et
66 figura iudicij sola facti ueritate inspecta.
Nec et possint litigantes cogi ad compromissum faciendum eo casu,
quo actor reo, uel reus actori deferre uellet iuramentum
super tota lite, et quacumque sit lis, et de quacumque re,
et quantitate, de eo casu per iuramentum causa debeat
terminari poena centum lib. den. dictis D. Potestati, et
Iudici, uel cuilibet ipsorum secus facienti, et non proceden-
tib. in p(rae)dictis: in quam poenam per eorum sindicatores debeant
condemnari.
67 Et dicti arbitri, et arbitratores ad poenam decem librarum
den. auferendam ab eis de facto a Potestate, uel Iudice dictae
Ciuitatis Eug. qui pro tempore fuerint sine aliquo processu
uel iuris ordine debeant condemnare partem succumben-
68 tem in expensis legitimis per D. Potestatem, uel Iudicem
taxandis, et ab ipsarum taxatione non possit appellare, et
de nullitate dici, quas aduersarius fecit in causa.
69 Et praedicta omnia, et singula locum habeant in compromissis
iussu Iudicis fiendis, uel Potestatis, qui pro tempore fuerint,
lite, uel controuersia mota. Et si aliqua partium petierit
a Iudice compromissum fieri, ut in principio capituli co-
tinetur, non autem in compromissis fiendis motu libero, ex
libera uoluntate compromittentium.
70 Insuper omnes, et singula poena tam Potestati, quam Iudici, q.
arbitris, et arbitratoribus; et partibus ut s(upr)a quomodolibet

capitulo

capitulo p̄ntis statuti imposita applicentur, et applicari
debeant pro medietate Camera Cōis Lug.ⁱᵉ pro alia vero
medietate applicentur, et applicari debeant depositario
fabrica muror, et alior ædificiorum dicta Ciuitatis Lug.ⁱᵉ
pro eor reparatione, prout uidebitur, et placebit D.nis
Conf.ʳⁱᵇᵘˢ et Consulibus, qui pro tempore erunt.

71 Et q̄a omnis labor optat præmium, uigore p̄ntis statuti Ordi-
namus, decernimus, et declaramus, quod arbitri, et terti-
us per supradictum modum electi, et nominati pro eor labore
habeant, et habere debeant salarium in hunc modum, videlicet
In primis q̄n petitio, siue libellus esset ab octo libris usque
ad sex florenos, uel tanti ualoris, siue æstimationis, dd.
arbitri habeant bol. 20. a sex florenis usque ad 12 flo-
renos, uel tanti ualoris, siue æstimationis habeant bol.
40. a florenis 12 usque ad 20 habeant bol. 60. a flo-
renis 20 usque ad 50 florenos habeant florenos duos ad
rationem bol. 40 pro quolibet floreno. a florenis 50 usque
100 habeant florenos tres ad dictā rationem. a centum
uero supra cuiuscumque sit quantitatis, rei, ualoris, uel
æstimationis habeant florenos quatuor ad dictam rationē,
72 et non ultra habere, uel petere possint. cuius rei, æstima-
tionis, uel ualoris stari debeant iuramento actoris, qui
producta petitione, siue libello incontinenti ad instanti-
am dictor arbitror teneatur, et debeat iurare, et ualo-
rem, et æstimationem declarare ad poenā per prædictos
arbitros imponendā, et ab eo auferendam per D. Potesta-
tem, uel Iudicem ad uoluntatem dictor arbitror.

Insuper

216

73 Insuper dictum salarium soluatur singula singulis referendo et deponatur per petentem compromissum infra quintam diem a die acceptationis tertij, penes quem uoluerint dd.

74 arbitri, et tertius, uel duo ex eis. Et in casu, quo dictus petens compromissum infra dictum tempus depositum prædictum non fecerit, ut dictum est, tunc et eo casu ad uoluntatem dictorum arbitrorum, et tertij, uel duorum ex eis cogatur realiter, et personaliter per d. Potestatem, et Iudicem ad deponendum, et soluendum salarium duplicatum, prout supra continetur singula singulis referendo.

75 Item uolumus, et ordinamus, quod præsens statutum, et omnia, et singula in eo contenta obseruentur, et obseruari debeant in singulis eius partibus præcise, prout in eo continetur, decreto, siue statuto aliquo, seu reformatione aliqua, uel alijs quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus: quibus expresse derogamus, et derogari intendimus, perinde ac si de ipsis decreto, statuto, seu reformatione, siue alijs quibuscumque in contrarium facientibus specialis mentio in præsenti statuto facta foret.

Anno Dñi 1333, die 22 mensis Junij.

Dñi Confalonerius iustitiæ, et Consules Populi Ciuitatis Lug.ᵉ
numero otto conuenientes in Capella ipsorum ex baylia, po-
testate, auctoritate, atque officio attributo, et dato eis per
statuta, ordinamenta, et reformationes Communis Popu-
li Ciuitatis Lug.ᵉ omni modo, iure, et causa, et ordine,
1 quibus melius potuerunt, Cum ex eo, quod mulieres mari-
tatæ aliquando non contentæ dotibus suis post mortem pa-
rentum uolunt simul cum fratribus ad patris, et matris suc-
cessionem uenire, uel falcidiam, seu debitum iure natu-
ræ in bonis patris, et matris petere; et ob hac multæ su-
scitentur discordiæ, atque scandala oriantur, et prædicta non
2 consonent æquitati; Ordinauerunt, prouiderunt, et fir-
mauerunt ad buxolas, et palloctas inter eos, et de uolunta-
te ipsius D. Confalonerij, et prius inter eos facto partito per
me Leonardum notarium Reformationum Communis prædicti et
obtento per omnes, Quod nulla mulier maritata, uel etiam ma-
ritanda, uel etiam eius heres, cui, uel pro qua pater, mater,
uel fratres, uel auus, uel patruus, seu auunculus dotem
dederit, uel promiserit, possit succedere in bonis patris, uel
matris, uel aui, uel aliquid ratione falcidiæ, uel debiti iu-
re naturæ petere ultra dotes sibi, uel pro ea datas, uel pro-
missas, uel ultra relictum sibi in testamento, uel ad dicta bo-
3 na regressum habere: Possit tamen mulier prædicta pete-
re, si quid eidem a patre, uel a matre, uel auo in testamen-
to, uel alia ultima uoluntate fuerit relictum, et non plus,
nisi

nisi ab intestato ueniret. Et prædicta locum habeant tantum ad futura, et in futuris successionibus.

A

94v

De appellationibus civilium causarum. Rub.ca

Ut quisque, qui gravabitur imposterum in causis civilibus per Potestatem, vel alios officiales Communis Eugubij remedium
1 exgravationis inveniat, presenti statuto decernimus, Quod quicumque fuerit gravatus per diffinitivam sententiam in causis civilibus, appellare possit ad D. Potestatem Civitatis
2 Eugubij: Et ipse D. Potestas appellatori, vel appellato petenti causam appellationis committat, et adversario non vocato, uni ex Iudicibus eius cognoscendam, et terminandam infra quatuor menses a die appellationis interposita computandos, diebus feriatis non obstantibus.
3 Et si a dicto Iudice contigerit appellari, ipsam causam Potestas predictus alteri Iudici suo infra dictum tempus similiter terminandam modo predicto committat. Et idem dicimus in sententijs diffinitivis latis per aliquem ex iudicibus minoribus Communis Eugubij videlicet ipsam causam appellationis semel, et secundo, ut dictum est, in iudicibus suis cognoscendam, et terminandam committat modo predicto et infra tempus predictum.
4 Et si causa appellationis non fuerit infra dictorum quatuor mensium spatium terminata, in suo robore permaneat sententia supradicta et contra condemnatum realiter, et personaliter executioni mandetur.
5 Et
6 si per Iudicem steterit, condemnetur in . . lib. rav. Et eo
7 casu non currant interim tempora dicta causa. Si vero in causa civili aliquis gravaretur aliter quam per diffinitivam sententiam, possit appellare ad d. D. Potestatem et commissio, et diffinitio fiat in omnibus, et per omnia, ut superius est expressum,

salvo

salvo qd tunc causa ipsa appellationis debeat terminari
8 infra mensem a die appellationis interpositæ. Et si in causa prædicta lata fuerit diffinitiva sententia, a qua contigerit appellari, ipsa appellationis causa terminetur etiam infra mensem.
9 Ponit etiam de eodem Potestatis ad eundem Potestatem appellari a gravaminibus per ipsum Dnum Potestatem in civilibus causis quoquo modo illatis. qui Potestas causam ipsam committat, et procedatur ut supra.
10 Ante vero litem contestatam in civilibus processibus, vel antequam incipiat procedi ad dationem termini ad probandum in causis, ubi per formam iuris, vel statutorum lis contestari non debet, nullus audiatur appellans.
11 A gravaminibus autem inferendis per iudices minores Communis Eugubij, præterquam per diffinitivam sententiam, ponit recursus haberi etiam per simplicem querelam ad Potestatem, et quemlibet eius iudicem, qui prædicta gravamina corrigant, prout eis visum fuerit, sine processu, et sententia.

12 Si vero contradicatur laudo, sive diffinitioni alicuius arbitrij, vel arbitratoris, ipsa causa contradictionis tractetur coram Iudicibus prædictis Dni Potestatis, vel altero eorum absque alia commissione sibi fienda per Potestatem, et terminetur infra quatuor menses a die contradictionis; et si tunc fuerit appellatum, procedatur, ut supra.

13 In omnibus vero causis appellationum, et contradictionum

num

num procedatur simpliciter, et de plano sine strepitu,
14 et figura iudicij. Quas causas appellationis, et con=
tradictionis dicti iudices, qui de ipsis cognoscent, et
quilibet eorum teneatur terminare secundum consi=
lium alicuius sapientis de Collegio Iudicum Ciuitatis Eu=
15 gubij, et non aliter. Et quod dictum est de recursu ha=
bendo de iudicibus minoribus ad dictum Potestatem,
et suos Iudices, idem intelligatur in Potestate, et Cap.ni
Castrorum districtus Eugubij, si grauauerint aliquem
in ciuilibus causis.

16 Hoc addito, quod post decursa dicta tempora quatuor
mensium si quis diceret sententiam, a qua appella=
tum est, esse nullam ex aliqua causa, non differatur,
nec impediatur propter hoc executio dictae senten=
tia; Sed si acciderit, dictum condemnatum obtinere
in causa nullitatis, executio praedicta reuocetur cum
effectu, ita quod omnia restituantur in eo statu, in
quo erant ante executionem factam sine aliquo proces=
su. qua causa nullitatis diffiniatur consilio sapientis,
17 ut supra dictum est in causa appellationis. Et omnis
ciuilis causa nullitatis possit cognosci simpliciter, et de
plano, et sine strepitu, et figura iudicij, et debeat ter=
minari infra quatuor menses computandos a tempo=
re petitionis nullitatis porrectae, et ultra dictum tem=
pus nullatenus audiatur.

18 Addimus huic capitulo, quod ille, qui appellauerit ab
aliqua sententia, uel grauamine teneatur dare li=

bellum

bellum, siue petitionem coram Iudice appellationis in dicta causa infra 15 dies a die appellationis interposita: alias si per eum steterit, habeatur pro
19 non appellante. Et quod nulla appellatio uitietur propter apostolos non petitos.

20 Addimus etiam huic capitulo declarantes, quod nullus in ciuilibus causis ante diffinitiuam sententiam audiatur appellans, sed omnia grauamina in quacumque parte litis illata in diffinitiua sententia, et super appellatione ab ipsa diffinitiua sententia interposita ueniant, re
21 Vbi uero non expectatur diffinitiua sententia, semper a quolibet grauamine appellari possit ad Dnum Potestatem, et causa appellationis committatur, diffiniatur, et termినetur, ut supra in dicto capitulo ~~non~~ continetur &

98v

De Appellationibus civilium, et criminalium causarum. Rubrica

Ut quisque, qui gravabitur imposterum in causis civilibus, et criminalibus per Potestatem, vel alios officiales Communis Eugubii remedium exgravationis inveniat, praesenti statuto decernimus, quod in Civitate Eugubii sit Iudex appellationum, et nullitatum, qui in causis appellationum, et nullitatum procedat, et eas terminet modo, et ~~forma~~ ordine infrascripto.
1 Decernentes quod quicumque fuerit gravatus per diffinitivam sententiam in causis civilibus appellare possit ad Capitaneum Populi dictae Civitatis Eugubii vel Iudicem appellationum Communis Eugubii in casu, in quo Capitaneus Populi non esset in dicta Civitate. Quod officium appellationum, et nullitatum causarum civilium, et criminalium, quando Capitaneus erit in dicta Civitate, devolvatur ad dictum Capitaneum et eius Curiam secundum formam praesentis legis, et non ad alium
2 Iudicem, vel officialem Communis Eugubii. Et dictam causam appellationis Iudex, qui de ea cognitionem habebit, teneatur terminare infra tres menses a die appellationis interposita computandos, diebus feriatis non obstantibus.
3 Et si causa appellationis praedicta non fuerit terminata infra dictum terminum, in suo robore permaneat sententia, a qua extiterit appellatum, et contra condemnatum realiter, et personaliter executioni mandetur.
4 Si vero in causa civili aliter, quam per sententiam diffinitivam aliquis gravaretur, possit appellare ad dictum Dominum Capitaneum vel Iudicem appellationum praedictum et in omnibus, et per omnia procedat, ut superius est expressum: Salvo quod tunc causa appellationis ab interlocutoria ex eisdem actis, et sine alia probatione debeat terminari.

Declarat Bursatt. cons. 260. n° 49. 51. lib. 3. Roman. sing. 282. et 404. Guid. Pap. sing. 1006. Bar. in l. 4. n° 5. ubi ad l. ff. de appell. recip.

terminari infra decem dies a die app.^nis interposita compu-
tandos. Et si terminata non fuerit infra dictum terminum,
remaneat in suo robore. Ante vero litem contest. in civilib.
5 processibus, vel ante quam incipiat in causa procedi ad datio-
nem termini ad probanda in causa, ubi per formam iuris, et
statutorum, seu ordinamentorum Cois Eug.ii lis contestari non de-
bet, nullus audiatur appellans; sed de gravamine illato
reservari possit in app.ne quam fieri contigerit a diffinitiva
6 sententia. Et quod dictum est de gravaminibus inferendis ab
officialibus Cois Eug.ii et de recursu habendo ad dd. DD.
Cap.neos et Iudicem appellationum, idem intelligatur in grava-
minibus inferendis in causis civilibus per Potestatem et Ca-
pitaneos Castrorum comitatus, et districtus Eug.ii si aliquem in
7 causis civilibus gravaverint. Si vero aliquis diceret post
decursa d.a tempora, infra quae terminari debeant dictae
causae appellationum, sententiam, a qua appellatum est, esse
nullam ex aliqua causa, non differatur, nec impediatur
propter hoc executio ipsius: sed si contigerit dictum conde-
mnatum obtinere in causa nullitatis, executio praed.a revoce-
tur cum effectu, ita quod omnia restituantur in eo statu, in
quo erant ante executionem factam, sine aliquo processu.
8 Quae causa nullitatis terminetur, et finiatur infra dicta
tempora modo, et forma ptis: liceat tamen appellanti, si
voluerit, in uno, et eodem iudicio intentare causam nulli-
9 tatis, et iniquitatis. Quas causas appellationum, et ini-
quitatum, nullitatum Iudex, qui super hoc cognitionem ha-
buerit, teneatur, et debeat terminare, et finire infra tem-
pora

pora supradicta summarie, et de plano, sine strepitu, et fi-
10 gura iudicij, diebus feriatis non obstantibus. Et si per eos steterit, instante actore, uel reo, condemnetur in 50 lib. rarum, et parti laesae ad restitutionem damnorum, et interesse
11 penitus teneatur uice qualibet, qua contrafecerit. Addentes, quod ille, qui appellauerit ab aliqua interlocutoria, teneatur prosequi dictam causam appellationis coram d. D. Capitaneo seu Iudice appellationis praedicta infra tres dies a die interlocutoriae latae: A diffinitiua uero sententia infra decem dies a
12 die datae diffinitiuae sententiae computandos. Dummodo non possit appellari ab aliqua interlocutoria, nisi habeat uim diffinitiuae sententiae, uel quae non possit reparari in appellatio-
13 ne facta a diffinitiua sententia. Elapsis uero dictis temporibus habeatur pro non appellante, et Iudex, a quo fuerit appel-
14 latum, possit in causa ad ulteriora procedere: Et in casu, in quo per praesens statutum ab interlocutoria est permissa appellatio, sufficiat, si coram Iudice, a quo appellatur, fiat appellatio uiua uoce, et causa grauaminis non expressa, quam tamen causam coram Iudice appellationis in scriptis, uel uerbis in actis exprimere teneatur. Nec uitietur appellatio propter apostolos non petitos, uel si fuerint petitos, uel si fuerint inepte petiti, siue uiua uoce, siue in scri-
15 ptis ab interlocutoria extiterit appellatum. In causis, in quibus ut supra permittitur, et per praesentem legem est licitum appellare, ipsa appellatione pendente Iudicis, a quo appellatum extiterit, officium conquiescat, et non in-
16 teruenientibus inhibitione Iudicis appellationis. Et finita ap-

pellationis

pellationis causa per sententiam Iudicis app.^nis uel per lapsum temporis in hac lege praefixi, Iudex appellationis causam remittat ad Iudicem primae causae, siue Iudex
17 primae causae appellationi detulerit siue non. Qui Iudex primae causae, app.^ne finita per sentiam, uel per temporis lapsum, possit in causa ad ulteriora procedere; sentiam tamen latam per Iudicem appellationis teneatur obseruare, et secundum eam procedere, et terminare quo ad id, super
18 quo extitit appellatum. Nec a sententia Iudicis appellationum, lata super app.^ne ab interlocutoria, appellari possit, nec haberi recursus.

19 Debeatque, et teneatur d. D. Cap.^s aut Iudex appellationum praed. omnes grauatos non contumaces in se excusando in condemnationibus fiendis per Potatem, uel quoscumque alios officiales dicti Cois, aut per Potestatem, et Cap.^eos Castrorum, comitatus, et destrictus Eug.^ae praeterque per Sindicum d. Cois, in causis criminalibus exgrauare, et ad uiam iustitiae, et rationis reducere secundum formam iuris, statutorum, et ordinamentorum d. Ciuitatis, sed illos condemnatos, qui uenerunt, et petierunt se exgrauari coram d. D. Cap.^o uel Iudice appellationum praed. infra quintam diem a die condemnationis de ipso factae, et ul-
20 terius non audiatur: Et si d. Cap.^s uel Iudex app.^num aliquem audiret praeter dictam formam, condemnet in 100 lib. Ianu. et quicquid fieret per ipsum in ipsa causa, non ualeat ullo mo-
21 do: et ipsas causas appellationum, et grauaminum terminare debeat ex eisdem actis, et nullas probationes possint de nouo recipere super dicta causa grauationis, et si reciperet

non

22 non ualeat ullo modo: Et ipsam causam grauaminis expe-
23 diat infra 20 dies a die petitæ exgrauationis: Et exgra-
uationes, et sententias quaslibet super causis grauaminum le-
24 gi faciat, et teneatur in Consilio Populi d. Ciuitatis. Si autem
d. D. Cap. uel Iudex appellationum dictas sententias non irritauerit in-
fra 20 dies per sententiam, ipsæ sententiæ condemnationis re-
maneant firmæ, et exigantur ab officialibus Cois Lug. ~~ac si sententia~~ et depositum factum pro ipsa condemnatione pona-
tur, ac mittatur ad introitum d. Cois per camerarium Cois
25 Lug. ac si sententia esset expresse confirmata; et eo casu, quo
d. D. Cap. uel Iudex prius causam grauationis per sententiam
diffinitiuam non expedierit infra 20 dies, ut dictum est, conde-
mnetur in centum lib. d.n̄r raus. et damnum passo emendet.
26 Alios uero grauatos ante sententiam per quoscumque officiales
d. Cois, uel Castrorum, comitatus, et districtus Lug. præter quam
per sindicum d. Cois, audiat, et de grauamine cognoscat, et
ipsam causam grauaminis expediat infra quinque dies a die
petitæ exgrauationis, dummodo sit petitum infra tertiam
27 diem a die grauaminis illati: Et faciat d. D. Cap. uel Iu-
dex prædictus officialem grauantem coram se uenire cum actis,
et scripturis; et si talis officialis grauans non tolleret ad
mandatum d. D. Capitanei, uel Iudicis appellationum grauamen illa-
tum, d. D. Cap. uel Iudex prædictus condemnet dictum talem offi-
cialem inobedientem in 25 lib. raus., et non ualeat quicquid
fieret per d. officialem grauantem contra appellationem,
28 et petitionem exgrauaminis. Et officialis grauans non pos-
sit, uel debeat procedere contra talem grauatum in causa,
super

super qua diceret se grauatū, et si contrafecerit nō ua=
29 leat ullo modo. Quos grauatos in dictis causis maleficiorū
appellantes, seu dicentes se grauatos d. D. Cap.° uel Iu=
dex appellationis prad°. non audiat super petition.° ex=
grauationis, seu app.nis nisi primo facto deposito, uel de=
tentus steterit in burella secundum formā statutoꝝ Cōis
30 Eug.ii Et in prad°. causis ciuilibus ruris, et mixtis uictus
uictori semper condemnetur in expensis.
31 Derogantes totaliter statutis, et ordinamentis loquentibus
de anenorum dando, seu petition.° consilij sapientis dandis
in causis ciuilibus. Quæ ex nunc haberi uolumus pro
canis, et irritis auctoritate p̄ntis legis: et nō debeant
obseruari per aliquem officialem Cōis Eug.ii ad poenā centū
lib. rau. pro quolibet, et qualibet uice, qua contrafecerit.
32 Victus uero in p.a causa, qui habuerit sñtiam diffinitiuam
contra se, si appellauerit, et in causa app.nis succubuerit, nō
possit ulterius appellare; sed sententia firma maneat:
Et idem intelligatur de interlocutorijs, qd non possit nisi
semel appellari super eo, super quo fuerit appellatum.
33 Statuta uero, et ordinamenta loquentia de contradiction.°
laudoꝝ, et petition.° reductionis ad arbitrium boni uiri
remaneant firma, et seruari debeant, prout iacent; sal=
uo quod Iudex, qui de eis cognoscet, teneatur dictas cau=
sas contradictionis, et petitionis reductionis ad arbitrium
boni uiri terminare, et finire secundū formā statutoꝝ Com=
munis Eugubij sine consilio alicuius sapientis, aliquo sta=
tuto, uel ordinamento in contrarium loquente non obstanti=
bus

bus, quibus in hac parte derogamus. Et quo ad officium Capitanei Populi statutum dicta Civitatis, quod loquitur de d. Cap.° et eius officio in caeteris confirmamus, et approbamus decernentes statutum ipsum inviolabiliter observari.

Statuentes et, quod d. D. Cap.° Populi, qui erit in Civitate pta, possit, et debeat procedere per accusationem, et inquisitionem, et nullo alio promovente, contra omnes et singulos, qui turbaverint, seu turbare attentaverint statum popularem dicta Civitatis, et contra seditiosos, et qui aliquo tempore a die 19 mensis Decembris proxime praeteriti citra scandalum, seu turbationem posuerunt, seu ponere attentaverunt aliquo tempore in Civitate pred.a et repertos culpabiles punire, et condemnare, non obstante aliquo statuto, ordinatione, vel reformatione in contrarium loquentibus, cui, seu quibus sit, et esse intelligatur per praesentem provisionem totaliter, et specialiter derogatum, ac si de ipsis in praesenti haberetur mentio specialis &

1406

Nel libro delle reforme del 1406 di [illegible] Lucca a carte 18
appare un consiglio che s'impongono sopra i beni stabili
come [illegible] e [illegible] alcuni [illegible], et in detto consiglio
sono l'infrascritte parole sopra la clausola [illegible]

107 2

Et quod nulla persona deinceps vendat vel [illegible] res, et possessiones, et
domos predictas vel aliquam ex eis in ultima voluntate, et [illegible],
vel castelli, vel alicui quolibet vel [illegible] aliquem contractum,
vel titulum, vel aliter in aliquod collegium, sive universitatem, vel
personam singularem vel aliquam [illegible] cuiuscumque ordinis, status, et dignitatis
existat alienare vel transferre [illegible] vel ipsarum possessionem sive dominium
[illegible], vel [illegible] ex ipsa voluntate, sive contractu, vel titulo, et
traditione prefatis [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] Lucensis. quod [illegible] alienata habeat.
[illegible] forma [illegible] legis statuti et [illegible] [illegible] iure [illegible] prefata in
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] . . . [illegible] prefata [illegible] forma et
ordinem predictum [illegible] [illegible] exprimendo rem alienandam vel relictam,
quidam [illegible] [illegible] [illegible] . . . . . vel alienatur, et cuius dominus
directum sive utile, et possessio cum omnibus [illegible] predictis et [illegible]
et [illegible] predictis [illegible] [illegible] quod supradictum [illegible] . . . [illegible]
Lucensis in lib. XXV. [illegible] [illegible], vel capitaneum [illegible] dicte civitatis
et a quolibet [illegible] [illegible] [illegible] aliqua temporis prescriptione
et intelligatur [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] dominus talis contractus
non valeat [illegible] [illegible] ullo modo, [illegible] [illegible] facere penitus debeat
et Notarius qui exinde rogatus fuerit, et de predictis ut . . . . . mentione
non fecerit in tali voluntate vel contractu vel quod predicta [illegible] [illegible]

107v

possit, et debeat in pena pred. xxv lib. et quolibet accusari, et si
d(ic)tos [illegible] Cois [illegible] contra subiectos, et nihilominus talis
ultima voluntas sive contractus vel similis contra dictam formam
factus non valeat ipso iure. Et predictis quantum ad aliquam iudicio, vel
coram aliquo arbitro sive arbitratore penis subiaceat supradictis et ex aliqua
causa non possit se nullatenus excusare, et nihilominus tamen quod alienatum
fuit non servata forma pred. et tradita fuerit in possessio de facto transeat
cum oneribus et gravaminibus supradictis hoc adiecto quod statuto quod supra pred.
d. cois in nullo derogetur existente in iure perficiendi datia et collectas
de ipsis rebus et eo a possessoribus earum imposita et imponenda quod Coe prefati
quod ipsum ius semper intelligatur esse solummodo [illegible] ipsi Coi ipsa exigere et impo-
nere placuerit, et pns provisio non habeat statuta et pacta facta inter Coe
et singulares personas ipsius et in ipsarum tolli vel suspendi non possit in toto
vel in parte quod aliquod statutum vel reformatione d. cois fiendi deinceps, nec
contra eam [illegible] vel reformari vel scribi sive arrogari. Et qui contrafecerit
subiaceat [illegible] penis supradictis superius annotatis et quod factum fuerit non valeat
ipso iure. Et insuper [illegible] sive factum in contrarium irrevocabiliter
obtineri non debeant, in pns vel aliquas pred. aliquid [illegible] seu refor-
matione cois [illegible] facta vel facta vel que sive quod fieri in posterum
contra pred. vel aliquod predictorum generale vel speciale tacite vel expresse
et quod [illegible] Consul. et Consules [illegible] eorum officium
iurent specialiter et expresse pred. [illegible] observare et quod facere
vel venire modo aliquo contra eam. Et [illegible] reformat sub pena
[illegible] aureorum hoc iurare. cis [illegible] et iurare facere, et si iurare
contempserint eorum officium annulatur non possint in aliquo exercere
et quod fecerint repugnantes non valeat ipso iure statutum [illegible] et reformat
co[illegible] d. cois [illegible] de rebus sive possessionibus non alienandis in aliquem
non subiectum iurisdictioni d. cois sub quibusvis titulis et [illegible]
in suo robore quod duraturis [illegible].

1082

1092

Ex quodam Libro Cartę pecudinę Privilegiorum, Gratiarum, Decretorum, et Capitulorum Ill.mę Civitatis Eugubii à Gubernatoribus à S. Sede Ap.lica Delegatis, seu à Serenissimis Ducibus Urbini Concessorum ad pag. 158. existen. in Archivio Secreto Palatii Publici d.ę Civitatis apparent, et leguntur, ut in infra(scrip)to, videlicet = omnissis aliis &c.

In Noĩe D.ni Copia quorundam Decretorum obtentorum à R.mo in X.pto Pre et D.no Orlando Corcetta Ep.o de Arimmino, et Status Urbini Pub.co Gu.re dignissimo prout sequitur infra.

Rev.me D.ne Pro conservatione Nomorum Civitatis, et districtus Eugubii, quę facilius per masculos conservari solent, et augentur. Placeat R.D.V. infra(scrip)ta, pro quiete, et omnium pace providere, decernere, et declarare, et desiderare, quod decedentibus fratribus, seu Nepotibus, et ipsorum fratrum ab intestato existentibus aliis fratribus, seu Nepotibus Sorores eorum dotatę, seu dotari illis, vel illi nullatenus succedant, nec aliqua ratione in bonis, et hereditate dd. fratrum seu Nepotum aliquid petere, exigere, vel consequi possint, sed debeant remanere tacitę, et contentę eorum dotibus à Parentibus habitis, et si dotatę non forent, dotentur ab eis, qui debeant dotare secundum dispositionem Juris Cois, et ad ipsas non admittantur, sed devenire debeat ad alios fratres, seu filios fratrum sic decedentium vel decedentibus et antedicta locum habeant ad casus futuros, et alios casus, de quibus mentio facta non foret, seu modo aliquo successio ipsa petita noĩe ipsarum Sororum succedentium, quę de cętero amplius petere non possit, nec valeat. Placet quo ad futurum tantum Confirmamus, et approbamus supradicta Capitula p.t sup.a in calce rescriptum est Or. Gubernator alias = Canth. XXVI Septembris 1516.

Reg. Q. p. livar. fol. 700 = Gaspar.

109v

In nomine Domini amen.

Ex volumine statutorum Civilium Civitatis Eugubij R.ca iij

Hic additur quod sufficiat creditori agenti hypothecaria si probet in processu quod debitor ipsius, rem quam creditor per hypothecariam petit, a possessore quam dicit sibi obligatam possedent tempore obligationis et antea per decem annos, quae probatio habeatur pro plena probatione nisi possessor se probet dominum rei possessae quam dictus creditor petit &c.

Ex eodem volumine sub additione ad R.ca 6.

Et sufficiat agenti hypothecaria quod probet debitorem possedisse rem tempore contractus debiti vel postea vel tempore mortis eius, et predicta vendicent sibi locum in praeteritis et futuris &c.

Ex eodem volumine sub R.ca xxxvij

Statuimus quod quicumque fecit seu fecerit aliquam fideiussionem sive obligationem pro aliquo et quae fideiussione seu obligatione

111v

constiterit p[er]cu[m] instrum conservationis indemnitatis q[uo]d tali
qui promisit conservatione[m] indemnitatis et eius haeredes etc.,
teneantur eo debeant talem fideiussorem vel pro ipso obligatum
et eius haeredes et bona omnimode conservare indemnem
et ipsum absolvere et liberare, et liberum et absolutum
reddere a tali fid.ne seu obl.ne quomodocumq. et qualiter=
cumq., ubi petierit eius solemnitate obmissa, et serijs no[n]
obstan., Et predicto teneantur potestas et oes off.les Cois Eug.ii
executioni mandare ad petitionem fideiussoris contra de=
bitorem pro quo fideiussit sicut fieret contra ipsum debitore[m]
ad petitionem creditoris. Et si dictus talis fideiussor vel si
obligatus esset vel reperiretur condemnatus in preterum
d[ic]ta de ca[usa] in aliqua pecuniae quantitate talis condemna[tio]
no[n] exigatur per cap.m nisi contra principalem et non
contra fideiussorem vel si obligatum, non obstan. q[uo]d no[n]
n[on] sentiret in isto debitu ut fideiussor sed ut correus
vel ut principalis cuius instr[umen]ti conservationis indemnitatis
et obstenso.

Extractu[m] per me Theodorum Armannum Cancell.rum Cois Eugubij



ex originali libro Statutorum qui reperitur in Palatio
Ill.morum D.norum Confalonerij Iustitiae et Consilium eiusdem
Civitatis, prout latius et constat in ipso Statutorum Volumine
fideo in fidem hic me subscripsi et signum meum
apposui consuetum &

112v

113r

+

Quod exceptiones peremptoriae nõ impediant litis contestationem, et qualiter procedatur in Hypothecaria. Rub. 3.

Statuimus, et ordinamus, qd legitimis personis litigantibus in causis civilibus aliqua exceptio peremptoria opposita contra libellũ, vel petitionẽ nõ impediat litis contestationẽ; sed Judex corã quo fiet litis contestatio dictas exceptiones reservet in processu causae. Addimus insuper, qd creditoribus, quibus res vel bona aliqua sunt, vel erunt in posterũ pro suis creditis obligata, possint ipsa bona, et res prosequi, et vendicari a quolibet possessore, vel detentore nõ obstante, qd prius personalẽ, vel personales nõ intentaverint actiones, vel contra suos debitores, vel corũ haeredes bonorũ excussio nõ sit facta. Hoc addito, qd sufficiat creditori agenti Hypothecaria, si probet in processu, qd debitor ipsius rei, quã creditor per Hypothecariã petit, possessorẽ, quẽ dicit sibi obligatũ, possiderit tempore obligationis, et ante decẽ annos, quae probatio habeatur pro plena probatione, nisi possessor probet se dominũ rei possessae, quã dictus creditor petit, vel probet se potiorẽ in iure, quã actor &

Itẽ qd in omnib, et singulis contractib promissioni
b, et obligationib, et instris confectis, et scriptis
manu quorumcumq notarioz nostroz civitatis,
et comitatis Lug. pertinentes, quibuscumq civi
b, vel comitib civitatis pred. subiectis iurisdictio
nib temporalibus d. Communis, [illegible] in quibus nõ
essent obligata bona, vel nomina, vel in eis scri
ptum non fuerit, qd ptes fuerint creditoris, seu
creditor, intelligantur bona, et nomina debitorũ esse
se obligata eoz creditorib, et quibuscumque contra
hentib, quib alias obligatio quaereretur ad omnia,
qua ipsi debitores tenerentur obligati d. credi
torib, nõ obstante qd in talib contractib, seu scri
pturis obligata nõ essent, vel qd in eis scriptum
nõ esset pro dicta ipsoz creditoz, vel ipsius debitor
ais, sed qd auctoritate pñtis legis ius obligatio
nis bonoz pñtiũ, et futuroũ sit, et esse intelli
gatur in quolibet instro, seu protocollo Notarij
nostri adesse dedictũ, et appositum esse, et fuis
se, adeoqd nõ solũ in praeiudiciũ debitoris, sed
et contra extraneos possessores quoscumque possit
ius pignoris, et hypothecaria intentari, ac si bona
ipsa reperirentur in tali instro, vel protocollo
obligata expresse, et sufficiat agenti hypothecar
iam, qd probet debitorem possedisse eo tempore con
tractus debiti, vel post, aut tempore mortis eius, et
pred. verificare sibi locũ in pñtib, et futuris, et
idẽ intelligatur, qd in instris

1142

Rubrice statuti Veteris Eugubij

Cogendis debitoribus, rub: 1.a pag: — — — — 1–

Iure reddendo per Potestatem, et de declinantibus Iurisdictionem Com.is Eug.ni rub: 2. — 8.

Quod exceptiones peremptorie non impediant litis contest:, et qualiter procedatur in hypothecaria rub: 3.a — — — — 10–

Petitione rei immobilis rub: 4.ta — — 12–

Petitione rei mobilis, uel pecunie rub: 5.a — 13.

Lex Vbaldina de modo, et forma procedendi in litibus causis, in quibus lex Noua non uindicat sibi locum rub: 6.ta — — 15–

Prohibita sequestratione rub. — — — 27–

Quod reus Contumax faciat citare actorem ad ipsius rei expensis rub: — — 27–

Quod tenuta detur infra quinq. dies, et qualiter procedatur, et quando dari non possit rub: 28–

de Tenuta danda in solutum, et uendenda rub – 28–

Infra quod tempus possit cit.o impugnari rub: – 30–

de His, qui faciunt citare aliquem coram diuersis Iudicibus, uel citationes non prosequuntur rub: — — — — — — 30–

Quod reus, cui sacramentum fuit ab actore delatum, iuret, uel referat rub — — — — 31–

de Modo procedendi in modicis questionibus rub – 31–

de Defendenda Tenuta ei, cui data est per Curiam rub — 32

Quod creditor faciat quietationes debitori de eo, quod soluerit rub. — — — — — — 32–

De Recollectione, et uend.ne pignorum rub. — 32–

De Rescindenda uenditione, de qua pactum interuenit rub — — — — — — 33–

Quod uenditor cogatur ad rem uenditam defendendam emptori — — — — — 33–

de Contractibus minorum, et filiorum familias – 34.

de Assessore dando per Iudicem in causis — 36.

Quod uenditor possit retinere rem uenditam pro pretio, et quod in ipsa ceteris preferatur pag: 37:

Quod nullum compromissum duret ultra sex menses pag: 38:

De his, qui ius pretendunt in bonis exbannitorum pag: 38:

De procuratoribus, et quod non respondeant positionibus et quod sacramentum calumnie non excuset ab expensis p: 38:

De ferijs, et diebus feriatis — — — — — — — — pag: 40. et 41:

Quod apodissa contra scribentem habeatur pro publico instrumento — — — — — — — — pag: 42:

Quod detur copia per notarios de rogitis per tinentibus ad exbannitos — — — — — — — — — pag: 42:

Quod non fiat cessio a forense contra Ciuem, et quod non sit necessaria cessio in obligatione pro alio recepta pag: 43:

Quod non fiat cessio Nobili contra populorem — pag: 44:

Quod habens arborem in alterius terreno cogatur eam uendere — — — — — — — — — pag: 44:

De Mentecaptis, et furiosis, et maleuitiatis, et contractibus eorum — — — — — — — — — pag: 45:

Quod mulier nupta sine consensu Viri non contrahat, neque testetur — — — — — — — — pag: 47:

De questionibus murorum, cloacarum, androniorum, stillicidiorum, et similium — — — — — — — — pag: 47:

Quod homines Villarum cogantur colere terras sibi uicinas — — — — — — — — — — pag: 49:

Quod conseruetur indemnis, qui se pro alio obligauerit: p: 49:

De terminis mittendis, uel dirizandis inter uicinos pag: 50:

De parte dotis applicanda marito, et de alimentis uxori prestandis — — — — — — — — — — pag: 51:

De diuisione rerum communium — — — — — — — — pag: 52:

De denuntiatione fienda — — — — — — — pag: 53:

Quod condemnatus pro debito satisfaciens creditori soluat Communi quintam partem tantum — — — — — — — pag: 53:

De Iure reddendo Clericis, et Ecclesiasticis personis pag: 53:

De executione laudorum, et arbitrorum — — pag: 54:

De prescriptione XV. annorum opponenda actori pag: 54:

De exceptione datij non soluti — — — pag: 55:

Aduocato, et procuratore dando petentibus — — pag: 57:

Quod maiores 14: annorum, et mulieres possint esse in iudicio ciuili sine consensu Patris, et curatoris uel mariti — — — — — — — — — — — pag: 58:

De decimis soluendis in causis ciuilibus — — — — pag: 58:

Quod non currat tempus in causa, cuius Aduocatus, uel procurator est in seruitio Communis — — — pag: 59:

De questionibus uertentibus inter Coniunctos — pag: 60:

De questionibus Fraternitatis S. Marie, et quod possint Priores eius fodere lapides in monte Communis Eugubij — — — — — — — — — pag: 62:

Quod Comitatenses facientes custodiam in Ciuitate non possint cogi pro debito — — — — — — — — — pag: 62:

Quod refirmatio rerum emphiteuticarum non preiudicet creditoribus — — — — — — — — — — pag: 62:

De cessione bonorum — — — — — — — — pag: 63:

De commissione cognitionum Notariorum defunctorum, quibus, et qualiter committi debeant — — — — — — pag. 64.
Additio facta statuto predicto — — — — — pag. 65.
Quod instrumenta confecta per non subiectos non faciant fidem pag. 68.
Additio, et correctio facta super omnibus statutis, et ordinamentis Comunis Eugubii loquentibus, infra quantum tempus cause debeant terminari — — — — pag. 74.
Additio, et correctio legis Ubaldine, et aliorum statutorum et ordinamentorum de citationibus, et positionibus loquentium sub rub. 6.o — — — — — — pag. 77.
Anno Domini 1333. die 22. Iunii: nono ordinatum quod mulieres dotate aliud petere non possint. pag. 92.
Appellatione civilium causarum — — pag. 94.
Appellatione civilium, et criminalium causarum — pag. 96.

Genn.o 1685
P. Sarteri

All'Ill.mo M.e eccell.mo s.r Prone Col.mo
Il S.r francesco franceschini

Roma

Statuto Vecchio.

117v

121v

Sezione di